CLARISSIMIS ATQVE NOBILISSIMIS VTRIVSque Iuris studiosis Doctor Ioannes Iuañes à Frechilla, Salutem & Perpetuam exoptat felicitatem.



RAECEPISTIS viri illustres & generosi vt quæ ob temporis breuitatem in interpretatione celebris tituli de renuntiatione quotidiana non potui enarrare lectione Typis excluderem, quæ insigniora & quæ praxi fuerint proximiora: quod negare non licuit vestris iussionibus obsequentissimo. Quamuis enim periculosum cuique sit noua inuenta & elaborata palàm mundo loqui, quemadmodum feci in huius tituli relectione, periculosius tamen est illa eadem literis commissa in lucem edere: cùm id quod voce profertur soli auditores, & vna tantum ætate audire, intelligere, præscrutari, diiudicareque valeant: scripta verò iam edita, & paterno lare egressa cum omnibus, & omni tempore pateant iudicio difficiliori & crudeliori sunt exposita. Quæ omnia profunda cogitatione mecum voluens opusculum hoc in lucẽ proferre verebar. Verum cùm recordarer ingentium gratiarum, quas ex vobis profiteor me recepisse, animatus, timore detractionis posthabito lucubrationes has in publicum emittere decreui, non existimans me magnum magniq; faciendum præstare, sed quod possum offerre. Vtcunque verò res casura sit, vestræ iam vices erunt & si quæ non expectabatis audieritis, & quæ expectabatis adhuc desideraueritis meo nomini boni consulere, & meis conatibus, & studijs, vt non semel promisistis fauete & cognoscite. Quod nec iniuria petere audeo. Nam, si studiorum meorum nunquam vos pertæsum est, si me vnquam vestri iuuandi studij vlla satietas, vlla desidiæ tenuit, si malui sine debita laborum mercede hoc in loco vel sanguinem ipsum Iuris canonici candidatis impendere, quam alibi iam in fastigio collocatum regnare efficite, vt meæ expectationi respondere velitis. Date operam in præsentiarum per Deum immortalem quæso, vt quales vos iampridem mihi esse persuasi, tales in huius Vespertinæ Cathedræ petitione experiar. Proponite ergo ante oculos institiam, meamq; erga vos omnes beneuolentiam, indefessumq; laborem, cùm per decem & sex annos, & totum ferè vitæ cursum gratissimos fructus ediderim, assiduusq; huius literariæ vineæ cultor fuerim. Quod si ad parentum seruitia nostra conuertantur oratio, me potius dies, quam oratio deficeret. Insignis enim Iureconsultus Ferdinandus Iuañes à Frechilla auus meus per. 30. annos Ius Canonicum Salmanticæ fuit interpretatus. Et tandem huius Vespertinæ Cathedræ possessor obijt anno. 1522. Clarissimus vero Iureconsultus Franciscus Iuañes à Frechilla Iureconsultorum suo tempore facile princeps, progenitor meus ab adolescentia ingenij dexteritate, & iudicij maturitate præditus circiter annos. 24. Iuri Canonico assiduis lectionibus totus insudauit, & Ius Canonicum non minus diserte, quam luculenter in hac Inclyta Academia mirabili auditorum applausu, & frequentia interpretatus est. Ex cuius singulari doctrina tanquã ex æquo Troiano plures euasere perdocti, qui vniuersæ Hispaniæ non paruo adiumento fuerunt, tandem Pintiæ ab vniuersitate vocatus communi omniũ consensu cathedram Decreti obtinuit, posteà verò Salmanticæ non absq; maxima laude Primariæ cathedræ possessor proh dolor obijt. Iure ergo hæreditario quæ parentum meorum fuere vendicare possum. Nam si Catone illo Romanorum prudentissimo teste pius parentum exequiæ celebrantur lacrymis ac damnationibus inimicorum, quam agnis aut hædis Sanctius profecto fideliusq; paguntur, atque complentur si eorum eruderatur nomẽ, reuocatur institutum, & ipsamet vox, quæ extincta fuerat, & mortis necessitate siluerat iterum audit, & sonat. Nec mihi referri potest quod Antigonus secundus adolescenti cuidam glorianti, quod patrem habuerat fortem, & propterea patris stipendia petenti respondisse fertur, se non dare mercedem ac munera, ob patrias sed ob proprias virtutes: si me ipsum non tantum de parentum gloria sapientia vtriusq; iuris alta peritia, quam ex proprio Marte proprijsq; viribus ab ineunte fere ætate literis operãdanti & in eis aliquantulum gloriæ appetere gestienti consideratis. Quod si, vt spero fructum meorum mihi laborum liberaliter donatũ intellexero reliquum erit, vt ad supremam vsq; libitinam tanti beneficij memor quẽlibet laborem libenti animo in vestram omniũ vtilitatẽ subire nõ recusabo. Parua ergo munuscula in renũtiationis materia collecta læto atq; fauenti vultu suscipite & fælices Valete.

Ioannis Iuañez à Frechilla, ad titulum, de renuntiatione. lib. 1. Decretalium. tit. 9. Interpretatio. Anno 1584.

AD RVBRICAM.

Renuntiare quid significet. numero. 1.
Renuntiatio in genere qualiter diffiniatur. num. 2.
Iuris alieni renuntiatio fieri non potest. num. 2.
Renuntiatio beneficij de qua in titul. de renuntiatione, qualiter diffiniatur. num. 3.
Quæ requirantur ad hoc, vt renuntiatio sit perfecta. numero. 4.
Error Gomezij circa intellectum regulæ Cancellariæ de infirmis resignantibus. numer. 5.
Intellectus cap. quod in dubijs. de renuntiatione. communis refutatur. num. 6.

Et

Et quid in prouiso per ordinarium de beneficio reseruato. ibidem.

Nouus titulus non requiritur in optante antiquiorem præbendam. ibidem.

An requiratur licentia superioris ad apprehendẽdã possessionẽ in casibus supra relatis. ibid.

Intellectus. c. si beneficia. de præben. l. 6. nu. 52.

Is qui cedit liti vt consequatur aliud beneficium si non potest consequi potest vti pristino iure. ibidem.

An in permutatione sit locus remedio. l. 2. C. de rescind. venditione. num. 53.

Ad Rubricam.

1 Ad Rubricæ interpretationem præmittere oportet quid sit renuntiare apud latinos Iureconsultos & Pontifices Maximos. Rursus qualiter renũtiatio diffiniatur, & quæ requirantur ad renuntiationem tandem quotuplex sit & quis sit renũtiationis effectus, quo ad primũ renuntiare multa significat quandoq; referri, nunciare vel dicere. l. 1. in princ. ff. si mensor falsum modũ dixerit. l. qui fundum. 40. ff. de contrah. empt. inde reuelantes Regis secreta renuntiatores appellat. Paulus in. l. si quis aliquid. 38. §. 1. ff. de pœnis. tradit And. Alcia. in. l. detestatio. 40. ff. de verb. signifi. Pet. Rebuf. in. l. inter stuprum. §. diuortium. pag. 594. & in. l. inter diuortium. pag. 849. ff. de verbo rũ signific. alibi vero significat, dimittere. l. si ab senti. 11. ff. de lega. apud latinos verò nihil aliud significat quã ius propriũ cedere seu resignare ex Cicerone actione. 4. in Verrẽ ibi hospitiũ ei renunciat quo etiã sensu, & apud Iurecõsultos renũtiare accipitur pro repudiare resignare vel cedere, vt renũtiare nuptijs quoties enim spõsalia vel nuptiæ dirimebantur renuntiare nuptijs quis dicebatur vt colligitur ex. l. 2. ff. de diuortijs. l. 1. C. de sponsalibus. l. quæsitum. §. vltimo. ff. de priuilegijs creditorũ. l. videamus. 38. ff. de vsuris. l. naturaliter. §. nihil commune. in fine. ff. de acquir. possess. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautionibus tradunt Bernabe Brisonius, & Franciscus Othomanus de verbor. significatio. verbo renunciare.

2 Et inde renuntiatio à nostris pontificibus & Iureconsultis vsurpatur, vt sit iuris proprij legitima ac spontanea refutatio cessio seu resignatio quo sit vt iuris alieni renuntiatio fieri nõ possit. ex cap. veniens. de transactio. C. quàm periculosum. 7. quæst. 1. l. quæritur. 14. §. si venditor. ff. de ædilitio edicto. docet Hostiẽsis in summa. hoc titu. in prin. Ioannes Monachus, & ibi Philippus Probus in additione in rubr. de renuntiatione. lib. 6. in nostro autem tit. sic diffinitur.

3 Renuntiatio beneficij & iuris quod quis habet in beneficio coram superiore legitimè facta cessio, & ab eodem superiore admissa, vt colligitur ex Hostien. Et Monacho vbi supra. Rebuf. in praxi benefi. tit. de resignatione in prin. & de pacificis possessoribus. nu. 404.

4 Quo fit vt duo requirantur ad hoc, vt renuntiatio sit perfecta, primum, vt fiat coram superiore habente potestatem admittendi secundũ vt sit per eundẽ superiorẽ admissa, vt probat tex. in c. quod in dubijs, & in. c. admonet. c. fi. de renuntia. docet Cassado. decis. 2. & 3. de renunt. & Molinæus in reg. de infirmis resignãtibus in prin. Nauar. in. c. accepta. opposi. 7. nu. 26. de restit. spolia. Christophõ. Rosiniacus in commen. de re pontificia. lib. 3. cap. 14. in prin.

5 Ex qua diffinitione deduces errasse Gomezium in reg. de infirm. resignã. q. 29. dũ affirmat per renũtiationẽ solã & non admissã à superiore statim beneficiũ vacare & 20. illi dies illius regulę esse enumerãdos à tẽpore renuntiationis etiã nondũ admissæ, nam si propter renũtiationem à beneficiario factam opus est authoritate superioris, vt beneficiũ vacet vt supra dictũ est aperte patet sola renuntiatione non vacare beneficiũ, nec authoritates à Gomezio adductæ ad rẽ pertinent, vt ostendit Molinæus vbi supra.

6 Ex eadẽ etiã diffinitione deducitur intellectus ad tex. diffi. in. c. quod in dubijs infra eod. dũ probatur per renũtiationẽ beneficij factã in manu laici priuari quẽ beneficio diximus enim sup. Renuntiationẽ fieri non posse sine superioris authoritate, neq; factã valere. c. nisi cũ pridẽ. c. admonet hoc tit. Clem. vnica. verbo manibus hoc tit. docet Calderi. consi. 3. de renuntia. Rota. 5. in antiquioribus eo. ti. adeo vt si talis renũtiatio fiat absq; superioris licẽtia beneficiũ nõdũ vacat etiam quo ad renuntiantẽ donec ipsa renuntiatio per superiorẽ admittatur, vt post Cardi. d. c. quod in dubijs resoluit Panor. c. ad aures colum. penu. de his quæ vi. & cõmunis teste eod. Panor. in. c. quod Dei timorẽ. nu. 7. de statu monachorum. Couar. lib. 1. Variar. c. 5. nu. 6. & inde est re-

nuntiantem beneficio ecclesiastico adhuc post renuntiationem verum habere titulũ & ius in beneficio donec renuntiatio per superiorem sit admissa ex Innoc. Anto. Enrico, & Imola nu. 10. in.d.c. quod in dubijs Feli.in.c.in nostra. corolario. 34. de rescrip. Beroio.c.2.nu.17. & 19. de restitu.spolia. Cassadorus decisi.2. de renuntiatione. Nauar.d.opposit.7.illatione.5. Molinæus supra. ergo in specie.d.c. quod in dubijs durũ videtur priuari quem beneficio conatur rem explicare glo.ibidem, & similis in.d.c.quod Dei timorem. & in.c.quia frater.§.ambitionis. & in.cap.si qui vero.7.q.1. affirmantes renuntiationem in hac specie valere quo ad præiudicium renuntiãtis quia ex hoc videtur facere tacitum pactũ de non petendo beneficium nõ autem valere quo ad præiudicium superioris vel ecclesiæ, nam superior non obstante renuntiatione poterit eũ compellere, vt in beneficio remaneat subscribunt Abbas.nu.8. Bald. nu.2. Imol. nu.12. d. cap. quod in dubijs idem Abb.in.c.ex parte de arbitris. & in.c.cum pridem. nu. 3. de pactis. & in.c. olim.1.col.2. de restit.spolia. Cardi.in Clem. gratiæ de rescriptis. Feli.in.c.lator.nu.14. de re iudica. Inno.d.c.quod in dubijs. & in.d.c. super hoc. cõmunis teste Dominic. d.§. ambitionis. & Nauar. supra. opposi.1.nu.3. & opposi.7. corolar.4. nu.23. Facile tamẽ refellitur ex supradictis quia in ea specie beneficium etiam quo ad renuntiantem non vacat, vt cum iudicio aduertit Hostiẽsis.dict.c.quod in dubijs receptus.ex Abb.d.cap. quod Dei timorẽ.nu.4.à Couar.supra contra Felin.d.nu.14. & pro Hostiens. conducit.l.legatus. 20. ff. de offic.præsi.vbi & in præside prouinciæ, vel correctore à se iurisdictionẽ abdicante statutũ est non amitti possessionẽ nisi in manibus populi Romani fiat vrget etiã tex.in.c. nisi cũ pridem.§.verũ infra eodem ibi apud extraneum.

7 Neq; etiã placet nouus intellectus Rebuf. de pacifi.possess.nu.171. nẽpe renuntiationẽ in manibus laici verbo simul & re factã valere, factã tamẽ verbis tantũ non valere refellitur enim nam cũ duo requirãtur ad hoc vt renũtiatio sit valida & perfecta nẽpe vt fiat corã superiore, & quod ab eodẽ sit admissa, vt supra dixisti & nullũ eorũ inueniatur in renũtiatione facta in manibus laici consequitur nõ esse veram renuntiationem. Deinde text. ille.d.c. quod in dubijs expresse reprobat omnes renũtiationes in manibus laicorũ factas. Neq; pro Rebuff. facit verbũ (Denuo) ab eodẽ ponderatũ quo probari videtur priorẽ illius tex.partẽ agere de renuntiatione re, & verbis facta, huiusmodi enim verbũ nihil ad rẽ pertinet cum optime verificetur in eo qui solis verbis renuntiat in manibus laici, & ab eo iterum suscipit vt optime explicat Nauar.supra. nu. 35. Aliter etiam explicat Cardinal. in dict.cap.cum vniuersorum.de rerum permutatione.

8 Tu vero plane dic text. illum tantũ probare renuntiantẽ in specie illius tex. in manibus laici & ab eo denuo suscipientem eodem beneficio in pœnam temeritatis & stultitiæ esse priuandũ non tamen inde sequitur valuisse renuntiationem imo contrarium ex illo tex.colligitur.

9 Cæterũ & in alio difficilis est valde text.d.c. quod in dubijs dũ absq; requisitione & sic de facto statuit debere quem beneficio priuari quod habet de manu laici vt patet ex verbo spoliãdi obstat enim grauiter tex.in.c.licet eps. de præb lib. 6. vbi licet ille qui secundũ obtinuit benefiiciũ curatũ ipso iure sit primo priuatus & tanquã de vacanti possit alteri fieri collatio cæterũ ipso non vocato & citato non debet de facto eo spoliari quãuis notoriè careat tit.ad primũ. Respondeo tamen q in.d.c.quod in dubijs erat omnino notorius defectus tituli, notoriè enim possesso tenebat iniustè ecclesiã quia eam acceperat de manu laici, quo casu eps potest cũ de facto possessione expoliare, nec est necesse quod eum vocet ad iudicium vt probatur ex verbo (expoliari) quod si propriè sumatur denotat merũ factũ, & non ius & sic actũ violentiæ, vt per totũ titul.supra de resti.spol. at vero in.d.c.licet eps non erat omnino notorius defectus titu. quia poterat ille habere dispẽsationẽ, & sic habes tex. expressum in.d.c.quod in dubijs ad hoc per aliũ non consideratum pro doctrina Abb.in.c. quia clerici notabili.2.de iure patrona.quã singularẽ dixit Feli. in.c.qualiter.el.1.nu.15.de accusat.idẽ Feli.in.c. fin.de præsump.nu.24. Hippol.singul.195. Abb. in.c.accepta.nu.5.&.6.de restitu.spoliatorum.

10 Ex priori vero renuntiationis diffinitione quod scilicet renũtiatio sit iuris proprij legitima ac spontanea cessio plura in renuntiatione materia se se offerunt explicanda. Primo ergo in[...] ro resolutionẽ illius quæstionis, an scilicet renuntiatio alimẽtorũ facta filio patri, valeat & non[...] lere firmat Panormita. Imol. Antonius, & alij [...] principio. Marianus nume.13. Felin.nu.5.in[...] diligenti.de foro compe.idem Feli.in.c.cum[...]

ter.nu.9.de exceptio. Bart.in.l.si quis à liberis.§. parens.ff.de liberis agnoscen.Alex.in.l.alia.§.eleganter.ff.soluto matrimo.nu.12. Cagnolus in.l. iura sanguinis.nu 9.ff.de regu.iuris.qui mouentur ex eo quod alimenta debentur filijs de iure naturali.vt probat tex.in cap.ius naturale. 1. distin.l.fin.§.ipsum autem.C. de bon. quæ libe.l.si quis à liberis.§.vtrum.&.l.necare.ff.de lib.agnoscen.Sed renuntiatio contra ius naturale nõ valet.ex.§.sed naturalia.Insti.de iure naturali.ergo alimentorum renuntiatio facta à filio patri non valet cæterum in alimentis debitis à filio patri non esse idem dicendũ prædicti resoluunt moti ex ea ratione, quia huiusmodi alimenta patri à filio debita non debentur iure naturali, amor enim descendit & non ascendit, sed si rem cum iudicio expendas apertè intelliges,&conclusionem & additionem esse falsam eodem enim modo iura docent naturali ratione debere patrem ali à filio,vt constat ex dict.l.si quis à liberis.§.parens.ibi,ratione naturali,& ita idem esse in vtroque obseruat Fortunius in.l.1.§.ius naturale. ad finem.ff.de iust.& iure.Roderi.Soarez.in.l.quoniam in prioribus.limit.2.col.10.C.de inoffi. testa.conducunt quę tradit Ioannes à Rojas in epitome succesſ. c.21.nu. 8. Conclusio vero prædicta plane falsa est nullo enim iure naturali præceptiuo debita sunt alimenta cuiquam extra casum vrgentissimę necessitatis quo tempore nõ refert sit filius pater vel extraneus nisi cũ simul cõcurrunt.c.pasce fame.86.dist.c.1.vbi gl. 30.distin.Diuus Thom.2.2.quæst.26.artic.8.Abbas in cap.mulieres notabili.3.de sententia excommunicationis authoritates vero quibus doctores mouentur non conuincunt esse iuris naturalis præceptiui, pro cuius resolutione aduerto aliquid esse de iure naturæ duobus modis vno modo,idest de principijs naturalibus insitis ex quadam necessitate naturali alio modo idest ex instinctu & inclinatione naturali,quæ libero arbitrio perficitur & ita videmus matrimonium esse de iure naturali vt in.d.§.ius naturale cũ similibus non inquam ex iure naturali primo modo desumpto quia nemo necessitatur ad illud, sed ex iure naturali secundo modo sumpto, vt ait Domin.Soto.in.4.dist. 26.q.1.art. 1. Illefonsus à Vera Cruz in speculo coniugiorũ.1.parte. art.1. vnde cum alimenta descendant ex eodem iure naturæ,ex quo matrimonium descendit,vt aiũt iura supra allegata sequitur alimenta non ex necessitate naturali, nec ex principijs naturæ sed potius ex inclinatione & instinctu naturali deberi & pendere ex libero arbitrio idq; satis significat text.in.d.c. ius naturale ibi instinctu naturæ.d.l.si quis à liberis.§. vtrum ibi cum ex ęquitate hęc res descẽdat.&c.&.l.1.tit.19.par.4.ibi,piedad,&c.&.l.2.co.ti.ibi. El mouimiento natural.

11 Remanet ergo ex his cessare argumẽtum doctorum nam quamuis ratio naturalis suadeat & ad huiusmodi alimenta magis inclinet patrẽ erga filium quam erga extraneum, non tamen omne ius vel omnis inclinatio,& ratio naturalis est obligatoria, nisi sit præceptiua & necessario concludat, idest nisi colligatur per necessariam consequentiam ex illo primo principio (malum non est faciendum) & ita non sequitur, hoc est secundum ius naturale, vel secũdum naturam, vel rationem naturalem aut habet originem à iure naturali, ergo est iuris naturalis præceptiui & obligatorij deriuatur enim per varias consequentias probabiles & suasorias præuio discursu rationis sed non censetur præceptum naturale, nisi deducatur & deriuetur per consequentias necessarias & euidentes præcepta enim naturalia sunt omnibus nota vel deducta necessaria, & euidenti consequentia de per se notis vt tradit Nauar.in.c.ita quorundam. gl.pen.nu. 3. de Iudæis atq; ita nõ colligitur necessario ex primo illo principio malum non est faciendum,ergo filijs vel parentibus extra casum necessitatis grauissimę nõ debentur alimenta quãuis enim concedamus esse contra ius naturale præceptiuum non alere & conseruare infantulos omni auxilio destitutos,vt significat text. in.d.cap.ius naturale.c.vlti.de cõuersione infidelium. & per totum de infantibus expositis tradit Couar. in 4.c.8.§.6.nu.13.non tamen inde sequitur alimẽta deberi filijs quoniã se se possunt conseruare.

12 Quod vero Imperator in.d.§. ipsum aũt ait (propter naturã)intelligere oportet propter naturã suadentẽ & inclinantẽ quæ ratio & inclinatio naturalis cũ non esset per se sufficiẽs ad obligãdum opportunè tex.ille adiecit & leges imperantes & fundantes se in illa ratione naturali nõ obligatoria ante legis imperiũ idẽ etiam sensit Iureconsultus in.d.§. vtrũ dicẽs ex ęquitate quadam descendit idest à quadam ratione naturali suadente,& inclinante non tamen præcipiente extra casum necessitatis.

13 Lex vero necare.à doctoribus adducta tantum probat necare eum qui negat alimenta il-

los qui ſunt in graui neceſsitate nec ſibi vllo modo prouidere poſſunt quales ſunt infantuli à partu recentes de quibus tex. aperte agit vt patet ex exemplis ab eo relatis & explicat ingenioſe Acoſta. in rep. legis Diuus Adrianus. ff. de ſicarijs. c. 4. merito ergo hanc partem quod alimenta non debeantur iure naturali & ita q̃ renuntiari poſsint obſeruat Alciat. l. penult. verbo antiqui. C. de pactis. & ibi Decius nu. 16. idẽ Decius in d. l. iura ſanguinis.

14 Et idem eſſe dicendum de legitima loco alimentorum ſuccedente affirmabat Dinus in reg. decet. li. 6. Copioſe Ioan. Igne. in. l. 3. §. ſubuenitur. nu. 114. ad Sillanianum. Ripa libr. 1. reſponſorum. c. 7. Soarez ſupra ampliatione. 16. Alciat. reg. 1. præſump. 8. Et iuxta hæc eſt intelligẽda. l. vlti. C. quorum bonorum. & l. nam & ſi parentibus. ff. de inofficioſo. nec etiam obſtat tex. in dict. c. ius naturale. ibi puerorum educatio nam intelligendus eſt iuxta iam dicta.

15 Secundò ex ſuperioribus infertur renuntiationem appellationis factam à priuato valere vt probat tex. optimus in. l. 1. ff. à quibus appellare non licet reſoluit eleganter Ange. conſ. 187. ſubſcribunt Decius nu. 6. in. c. interpoſita de appel. Fel. nu. 7. in. c. ſi diligenti. de foro competenti. Anania in. c. vlt. de crimine falſi. Barba. d. c. ſi diligenti. nu. 13. diximus enim ſupra iure pro ſe introducto poſſe quemlibet renuntiare merito ergo & appellationi renuntiari poterit vt pote defenſioni in ſuum fauorẽ introductæ. Rurſus pro hac opinione facit ſequens conſideratio, quia nulla diuina vel humana lege præceptiua iniunctum eſt condemnato vt in cauſa quantumvis capitali ad appellationis beneficium confugiat, ſed tantum ciuiles leges æquiſsimè ordinarunt licere grauatis intra certum tempus appellare iuxta. c. quo ad conſultationem de re iudicata, ergo qui nõ vult appellare etiã ſi beneficiũ legis negligat legi tamen non aduerſatur quæ beneficia non confert in inuitos vnde huiuſmodi renuntiationem legibus diuinis vel humanis præceptiuis non contradicere manifeſtum eſt, quãuis contrariam ſententiam imo reum non poſſe appellationi renuntiare defendant Oſtienſ. & Card. in. d. c. vltimo quorum præcipuum fundamentum eſt quod renuntiatio contra ius naturale non valet, ſed defenſio eſt de iure naturali, ergo renuntiatio defenſionis non valet, appellatio aũt defenſio eſt, vt conſtat ex Clem. paſtoralis de re iudicata. c. ad noſtram. 1. de appell. cui argumento patet reſponſio ex proximè dictis nã falſum eſt, renuntiationem in hac ſpecie iuri naturali contradicere.

16 Rurſus non obſtat ſecundum fundamentum quod ſcilicet appellatio ſit defenſio iuris naturalis nam appellatio remedium eſt quoddã à lege humana inuentum quo ſententia ſuſpenditur & cognitio ad ſuperiorem deuoluitur quo ſublato licet grauatus per ſententiam eam ſuſpendere nequeat poteſt tamen ſe ſe defendere & illatum grauamen ſarcire alio remedio nempe querelæ, vt probat tex. in. c. paſtoralis. de appel. glo. 1. in cap. querelam. de procu. Dueñas regul. 43. limit. 2. vel per viam ſupplicationis. ex lege vnica. C. de ſententijs præfectorum prætorio vel per viam reſtitutionis etiam contra ſententiam principis ex gl. in cap. apoſtolicæ verbo retractauit. 35. quæſt. 9. tradunt Felin. in prin. Ripa nume. 39. in. c. 1. de reſcrip. Couarr. cap. 23. practicarum num. 7. vnde iuſta de cauſa paſsim negotia appellatione remota demandantur, nec ideo defenſio tollitur, ſed modus ille defenſionis à lege introductus aliquando religionibus & reipublicæ pernicioſus propter ſubditorum fraudes aut fertur iuxta ca. licet de officio ordinarij. Concil. Triden. ſeſio. 13. capit. 1. de reformatione. & ſeſsio. 24. cap. 20. cap. 1. de reſcrip. tradunt Decius, Beroius & reliqui, in rubric. de appel. Decius, Felin. & Pariſius in cap. cum inter. de exceptio. Rebuff. tomo. 2. ad conſtitutiones Franciæ. titul. de reſcrip. in præfatione. num. 161. Marãta de ordin. iudiciorum. 6. parte. titu. de appella. num. 325. Menoch. conſil. 100. num. 102. & nouiſsimè Herculanus. in tract. de attentatis appellatione pendente. num. 32.

17 Neque item eorum opinionẽm iuuat. l. nõ tantum. ff. de app. ſi aduertas. l. illam non negare reum poſſe ex cauſa vitæ renuntiare, vt puta ſi appellare noluit, ſed quod admittẽda eſt ſemper appellatio, vel quælibet iuſta defenſio etiam ſi reus dicat, ego propter charitatem volo meæ defenſioni renunciare, quia lex huiuſmodi renuntiationem non recipit quantumvis iuſta ſit ex parte rei, tantum enim lex intendit nocentes punire, ex capit. 2. de his quæ fiunt à maiori parte, & indefenſos defendere ſolet. l. ſi non defendat. ff. de pœnis. adeo vt extraneus admittatur ad appellandum pro condemnato. ex dict. l. non tantum. l. 6. tit. 23. part. 6. reſoluit Fel. in cap.

cum

cum super.num.2.de re iudicata, & ita text. ille non probat, id ad quod communiter solet citari & à prædictis citatur.

18 Non etiã obstat aliud argumentum deductum ex.l.liber homo.ff.ad.l.Aquiliam. nam lex illa tantum probat non esse quem dominum ad abutendum vita aut membris quia sine vlla causa non potest vitam prodigere.

19 Tertiò ex superioribus infero falsam esse Socini sententiam in capit. si diligenti. numero. 13. de foro competenti. dum existimat post alios ibidem non valere priuatorum renuntiationem, vel pactionem qua homo liber in seruitutem reducitur cuius præcipuum fundamentum est, quod renuntiatio contra legem naturæ, non valet sed seruitus est contra naturã.l.4. ff.de statu hominum.§.seruitus. Instituta de iure personarum. §. ius naturale. 1. distin. ergo renuntiatio libertatis ad seruitutem non valet.

20 Quod fundamẽtum ex eo refellitur, quod si cum iudicio aduertas seruitus non est contra naturam, idest contra legem naturalem præceptiuam nulla est enim lex naturalis, quæ præcipiat aliquem esse liberum, vel seruum est enim seruitus incognita naturali iure, vt probat lex manumissiones.ff.de iustitia & iure.l.1.titul.22. partit.4. si autem esset præcepta planè esset cognita, quia præcepta naturalia sunt omnibus, nota vt supra fuit resolutum enuntiabat ergo simpliciter natura omnes homines nasci liberos, vt etiam omnes homines nasci nudos, nihil præcipiendo aut vitando, sed solum enuntiando & intendendo liberos & nudos homines nasci nõ igitur magis est contra præceptum naturale hominem liberum in seruitutem reuocare quam natura nudum vestibus in dui nam sicut natura vestibus non ornauit ita nec seruitutem imposuit, vt declarat eleganter D.Tho.1.2.quęst.94.art.5. copiose Nauar.in repe.c.ita quorundam.notabili. 1. de Iudæis.Soto lib.4.de iustitia.q.2.art.2.& hoc est quod nonnulli Theologi docent legem naturalem quoad seruitutem habere se purè negatiuè, idest quod nec præcepta nec vetita est. Nec huic opinioni contradicunt leges supra citatæ quibus probatur seruitutem esse contra naturam nam debent intelligi, idest contra primã intentionem naturæ, illa enim intendebat omnes homines liberos esse quos Deus super naturali iustitiæ originalis dono insigniuerat vel etiã contra naturam, idest contra illud quod natura enuntiabat & ratio pro illo tempore suadebat tantum vero abest vt vitiata naturæ integritate peccata primi parentis & spoliato iam homine iustitia originali naturali rationi contradicat esse seruitutem vt imò potiùs omnes gentes cõsentaneum esse naturali rationi crediderint introduci seruitutem in quem sensum glo.penultima.in dict.cap.ita quorundam.dicit seruitutem esse secundum naturalem rationem quam nõnulli sequuntur vna enim & eadem natura, vel ratio naturalis quæ sine mutatione docet vnicuique salutaria manente natura integra voluit hominum libertatem post corruptam vero docuit congruere aliquorum seruitutem in pœnam criminum quæ morte erant expianda vnde cum bella inter mortales suborta essent naturalis illa ratio quæ paulo ante omnium libertatem volebat opportunè introduxit seruitutem qua effectum est, vt qui iure belli occidi poterant seruarẽtur, vt eadem ratio naturalis quæ hominem nudum esse volebat cum integra manente natura, aeris iniuriam nõ timeret suadet nunc vt vestibus à frigore se se defendant ad quæ reducendi sunt Fortunius Garsia & alij in dict.l. manumissionis. Cagnolus in.l. quod attinet. ff. de regulis iuris. Mainerius in regula cum quis dum seruus.ff. eodem. latè Couarruuias in regula peccatum.2. parte. §.11. à nu.2.

21 Simili ratione ratio naturalis dictabat & suadebat bona esse communia non præcipiendo sed denuntiando nihil commodius esse posse inter homines post naturam vero corruptam. Cum ambitio cupiditas & auaritia inter mortales homines inuaserit eadem ratio naturalis bonorum diuisionem vtiliter admonuit, & iure gẽtium facta est propter vitanda grauissima mala, & ab ipsemet Deo in septimo præcepto de non furando rem alienam satis comprobatur.

22 Et in hunc sensum debet intelligi text. in capitul. dilectissimis. 12. quæstione. 2. dum ait dominia per iniquitatem esse introducta, vt intelligatur, idest per naturæ corruptionem quæ est omnium iniquitatum radix, quod sic explicat Ioannes à Medina in capit. de restitutione.quæstione prima. in responsione ad. 2. Conradus Brunus de contractibus.titulo. 1. quæstione.9.Soto supra quæstione.2.articulo.1.Ioannes Echius libro.1.de libertate Christiana, pag. 29. Couar.dict.§.11.num.3.

23 Ex quibus iam planè constat renuntiationem libertatis sed seruitutem, vel ad speciem seruitutis non esse cõtra ius naturale non tamẽ potest priuatorum pactionibus aliquis fieri seruus, quia lex humana iustissimis de causis, id prohibuit, vt probat. l. conuentio. ff. de liberali caus. l. Titio centum. §. Titio centum. cl. 2. ff. de condit. & demonstrat. circa quem text. plura in materia conditionis vel modi infringentis libertatem tradit plurima notatu digna Matthæus de Afflictis lib. 30. constitutionũ Neapol. in prin. Ripa in. l. obligatione generali. nu. 8. ff. de pign. inde interentes an valeat conditio apposita in matrimonio ne coniux habitet nisi in certo loco, de qua Panormit. in cap. 1. qui matrimo. accusare possunt Palac. Rub. in repetitiõe Rub'. §. 1. ad fin. Cou. de sponsalib. 2. par. c. 7. §. 4. nu. 5. & an valeat conditio apposita in maioratu de habitando in certo loco disputa Emmanuel Costa in. l. cum tale. in princip. fol. 90. ff. de conditio. & demonstrat. latè Melchior Pelaez, de maioratibus Hispaniæ, prima part. quæst. 57. per totum. ¶Ex secunda vero renuntiationis beneficiorum diffinitione plurima inferre licebat primũ, scilicet, an renũtiatio facta per metũ valeat & quid si fiat per dolum, de quibus in. c. admonet. erit disputandum, ne plus debito Rubrica oneremus.

24 Quoad secundum quotuplex sit renuntiatio resolue renuntiationem duplicem esse tacitam videlicet & expressam. Tacita est quæ ipso iure fieri intelligitur sine alia verborum expressione, vt docet Rebuffus in praxi beneficiali. titul. de renuntiatione. tacita, Christophorus Rosiniacus in Comment. de re pontificia. libr. 3. capit. 14. in princip. vbi post alios exempla proponunt in capit. de multa. de præbendis. & in Clement. gratiæ. de rescriptis. & in cap. licet canon. de electione. lib. 6, quibus iuribus probatur secũdum eosdem per assecutionem secundi beneficij incompatibilis tacitè renuntiari priori beneficio, sed falluntur in his exemplis cum in illis iuribus non renuntiet quis tacitè, sed priuetur à iure ipso facto priori beneficio, vt manifestum est & docet Nauarrus in dict. cap. accepta. oppositione. 8. nu. 6.

25 Est igitur tacita renuntiatio quoties quis tacitè renuntiat & dimittit suum beneficium, & admittit renuntiatio à superiore, vt in casu c. ex ore. de his quæ fiunt à maiore parte capituli. vbi super quadam præpositura quæstio verteba tur, & alter ex litigantibus reuerentiam exhibuit alteri collitiganti inquit text. ex huiusmodi exhibitione reuerẽtiæ tacitæ renunciationem factam censeri, & rursus à superiore non contradicente tacitè etiam reputari admissam in quem sensum cum textum intelligit Abbas ibidem nu. 10. quamuis glossa verbo, renuntiasse. commendata ab Imola ibidem, & ab Andrea Siculo in dict. Clement. gratiæ. col. 13. velit ex huiusmodi exhibitione reuerentiæ non censeri tacitè factam renunciationem iuris quod quis habebat in præpositura quorum præcipuum argumentum, quod scilicet, etiam tacita renunciatio non valeat absque superioris authoritate, vt notant omnes in dict. cap. de multa. & est communis quam resoluit Imola dict. cap. ex ore. col. 5. & ita quod in specie. text. in dict. cap. ex ore. videbatur non probari exemplum à nobis suprà propositum circa tacitam renunciationem nõ itaque obstat huiusmodi argumentum si aduertas, quod in specie text. in dict. cap. ex ore. is qui reuerentiam exhibuit alteri collitiganti non habebat ius in re in præpositura, sed tantum ius ad rem, vt constat ex litera text. in versic. quia vero non enim. B. ille inuestitus fuerat de beneficio, & ita cum non haberet ius in re, sed ad rem valuit renunciatio in eo textu absque superioris authoritate. argumento text. in. c. 2. de trãslatione præla. & c. si electio. de electione. lib. 6.

26 Vnde cessat difficultas an tacita renunciatio possit fieri absque authoritate superioris si distinguas an quis habeat ius in re bñficio, an vero ius ad rem, vt primo casu non valeat renunciatio tacita absque superioris authoritate. Secũdo vero casu valeat, quod est notabile ad textum in dict. cap. admonet.

27 Expressa autem renunciatio est quæ à resignante verbis accommodatis ad id fit, & hęc est duplex simplex, & pura quæ ex mera liberalitate, & sine pacto & conditione fit. iuxta cap. tua nos. 34. de simonia. cap. cum pridem. 4. cap. vltimo. de pactis. tradit Franciscus Duarenus, de sacris ecclesiæ ministerijs libr. 8. cap. 2. versic. quo modo beneficium ei iurandum sit. Altera vero est conditionalis & ob causam quæ fit causa permutationis, & in fauorem alicuius sub illa clausula & conditione, vt Petro conferatur nec aliter, nec alio modo & hæc in vsu obseruatur in Romana curia, vt docet Petrus Rebuffus in praxi beneficiali, titulo de resignatione. expressa

Paulus

Paulus Parisius consil.19.volumine.2. Iason consil.86. volumine.3.

28 Simplex autem & pura renũciatio fieri potest coram diœcesano Episcopo, vt per totum hunc titulum. & docet Rebuffus vbi supra titulo, de pura resignatione Franciscus de Ripa in capit. cum. m. nu.23. de constitutionibus. Renunciatio autem conditionalis tantum admittitur coram summo Pontifice reuocata lege humana huiusmodi renunciationes conditionales prohibente præstito à parte renunciante iuramento, quod nihil temporale, vel accepit, vel accipere sperat ratione renunciationis in gratiam alterius factæ iuxta regulam.44. Cancellariæ, vbi explicat Quintilianus Mandosius à quæst. 2. cum sequentibus. & ita seruari de stylo curiæ testatur Guillermus Cassadorus decisione.3. de renũciatione Petrus Rebuffus in praxi beneficiali pagina. 484. In quam rem facit, quia præsumptio simoniæ quæ desumitur ex resignatione in fauorem alterius videtur purgari ex iuramento præstando à resignante prout requirit dict. regula cancellariæ. & ita iuramenti præsumptio vti fortior elidit præsumptionem simoniæ. argumento. cap. literas. de præsumptionibus.

29 Coram Episcopo vero vel alio inferiori etiam legato vel nuncio, non leuis est controuersia vtrum conditionalis renũciatio in fauorem alicuius pacto expresso, vt detur certæ personæ valeat, & non valere renunciationem, nec collationem inde secutam vtpote simoniacam ratione conditionis & pacti adiecti affirmat glos. prima in cap. ordinationes. 1. quæst. prima. gloss. 1. in cap. dilecto. 25. de præbendis. quod ab omnibus est receptum teste Felino capit. ad audientiam. 2. de rescriptis. Paulo Parisio consi, 143. nu. 15. volumine. 4. latè Aymon Sauilianus consil. 122. Petrus Rebuffus, de pacificis possessoribus. nu. 246. Ludouicus Gomecius in regula Cancellariæ, de triennali possessore. quæst. 12. Capella Tolosana decisione 438. Franciscus à Victoria in relectione de simonia. nu. 12. insignis Martinus Nauarrus in repetitione. capit. si quando. de rescriptis. exceptione. 4. & ita seruari de stylo curiæ Romanæ testatur Cassiadorus decisione. 3. de renũciatione. & decisione. 2. de simonia. pro quibus expendes. text. in dict. cap. dilecto. 25. in verbo, liberaliter resignauit. Rursus pro eadem opinione considero, quod cum lege canonica prohibita sit omnis pactio vel conditio in beneficijs veluti suspecta de simonia, ex dict. cap. fin. de pactis. cap. quæsitum. de rerum permutatione. Et renunciatio in hunc modum facta renuntio liberè in tuis manibus non aliter, nec alio modo nisi vt des & cõferas Titio alioqui dignissimo pactionem contineat quia duorum in idẽ placitum & consensum demonstrat. ex. l. 1. ff. de pactis. iunctis quæ circa pacti diffinitionem, tradunt Franciscus Duarenus lib. 2. disputationum anniuersariarum. cap. 8. Iacobus Cuiacius in dicta. l. 1. & idem lib. 2. obseruationum. cap. 15. Ludouicus Carondas lib. 1. verosimilium capit. 14. Ioannes Robertus lib. 2. sententiarum capit. 19. Viglius in commentario de pactis. cap. 1. Sebastianus de Medicis lib. 2. diffinitionum capit. 43. Antonius Costanus quæstionum iuris. c. 8.

30 Intelligentes Iureconsultum in dict. l. 1. ff. de pactis. dum docet pactum à pactione dici sic esse accipiendum, vt non significet ab ipso verbali nomine pactionis, pactum esse deductum, sed ex ipso paciscendi actu pactum esse inuitum & factum sicuti & testamentum à testatione dici Iustinianus tradit in princip. Instit. de testamentis. & quod in eo testatum aliquid relinquatur ergo iam patet ex superioribus huiusmodi renunciationem, vtpote pactionem continentem simoniacam censeri, & per consequens nõ valere. Tandem pro eadem opinione communi considero, quod resignatio ad hoc vt valeat debet esse libera at hæc resignatio libera non est ergo nulla erit maiorem probat text. in dict. capit. dilecto. iuncto cap. ex parte. 1. de officio de legati. Minor probatur nã ex conditione adiecta de conferendo tertio nominato adimitur libertas ordinario, qui iure humano & diuino cõferre debet digniori, ex Diuo Thoma recepto. 2.2. quæst. 63. artic. 2. Dominicus Soto libr. 3. de Iustitia & iur. quæst. 6. artic. 2. testatur. esse communem Decius in cap. constitutis. nu. 6. de appellationibus. Palacius Ruuios Lambertinus Gomecius & innumeri alij congesti à Didaco Couarruuias in regul. Peccatum. de regul. iuris. in 6. 2. part. §. 7. à nu. 3. latè multis sacrę scripturæ testimonijs confirmat Archiepiscopus Bracarensis in libro, cui titulus stimulus pastorum. 2. part. cap. 1. Franciscus Ponisonius de officio pastoris. cap. 7. Ludouicus Granatensis in eleganti concione, de officio pastoris. 1. part. capit. 1. probat text. in cap. 1. col. fina. vt ecclesiastica beneficia. cap. licet ergo. 8. quæst. 1. concilium Triden. Sessione 24. capit. 1. de reformatione. & capit. 18. &

Sessione 25.cap.9.& Sessione 22.cap.1. de refor
matione.

31 Vt interim obiter non prætermittã ex præcitata ratione grauissimè peccare eos qui ad Cathedræ regimẽ vniuersitatis indignum suis suffragijs promouerint & in solidum ad restitutionem teneri, quod dubiũ nõ est grauiter, item qui dignum prætermisso digniori contra iustitiam enim distributiuam peccat is qui consulere tenetur communitati & dignum prætermisso digniori pari mercede venturo eligit cum igitur soffragantes debeant consulere vniuersitati quoad illius Cathedræ regimen relinquitur digniorem esse eligendum præsertim cum statutis huius vniuersitatis caueatur, vt is assumatur qui muneri præstantior sit, quod in specie tradit Soto lib.4.de iustitia & iure.quæstione. 6. artic.6.Nauarrus in Manuali cap.17.nu.74. quinimo sic suffragantes eo grauius peccant quo dignior acerbius læditur & certius ius habet ad obtinẽdam Cathedram per digniorem autem intelligo aptiorem ad munus cui præfertur secundum prædictos.

¶Redeundo ergo ad argumentũ vnde digressi sumus cum ordinarius iure conferre debeat digniori & cum nemo præsumatur gratuito resignare beneficium, ex capit.super hoc.hoc tit.ex tertij expressione præsumitur iure conuentionem interuenisse inter eosdem forte de retinẽdis fructibus ad vitam resignantis aut de dando aliquid temporale, vt aduertit Parisius dict. nu. 15. Consequentia vero ex his rectè infertur.

¶Contrariam vero sententiam imo, quòd huiusmodi renuntiatio facta coram Episcopo in gratiam alicuius modo is sit idoneus licita sit & valida, & quòd nullam contineat simoniam affirmat Dominicus Soto lib. 9. de iustitia & iure. quæst.7.artic.2.col.2.Couarruuias libr.1.Variarum resolut.c.5.nu.5. Nicolaus Boerius in tract. delegato à latere quæst. vnica. numer.115. Staphileus de literis gratiæ & iustitiæ.folio,66.Franciscus Duarenus dict.cap.2.asseuerans aliorum sententiam leui niti ratione.

32 Verum defendendo communem sententiam non obstant aduersariorũ argumẽta non primum desumptum, ex dict.cap. ex parte.in.1. nã tex. ille oppositum probat si cum iudicio cõsideret, vt patet ex verbis eiusdem text. ibi (omnino dimittere) ex quo pontifex intendit ibi quod si Archi[illegible] liberè existens resignatus cõferatur nepoti impetratori, nec Pontifex ibidem. Probat resignationem in gratiam ipsius cum verbum omnino planè significet, idest, sine vlla pactione aut conditione, vt gloss. ibidem explicuit cõiter recepta teste Felino, & Barba. ibidẽ & eodẽ Felino in c. de regularibus. colum.1.de simonia.& multis ornata à Romano singulari.Primo vbi additio noua.Tiraquel. in.l. si vnquam.verbo, reuertatur.nume.62. C.de reuocandis donationibus.Nauar. in cap. considerет,§.ponat.num.2.de pœnitentia distinct.5.docet glo.in.l.prima.§.si pecuniam.ff.depositi.

¶Non obstat secundum argumentum, quod in proposita specie non videatur dari pactio, vt Couarruuias vbi suprà num.4. arbitratur prælatus enim inferior in cuius manibus fit renunciatio sub conditione, vt beneficium detur Titio acceptare debet renunciationem purè & tunc dare Titio non ex vi renunciationis conditionalis, sed ex vi suæ potestatis ordinariæ vacat enim beneficium iusta cap.quod in dubijs. capit. admonet.de renunciatione.nam respondeo quod cũ necessario debeat acceptare renunciationem, vt beneficium omnino vacet renunciatio autem sit conditionalis dubium non est acceptationem debere esse conditionalem. Non obstat tertium, quod scilicet æquitati consentaneũ sit episcopum beneficiũ conferre illi in cuius gratiam renuntiatur. argumento. l. fina. de transactionibus versic.in his autem.vt tradit Couarruuias suprà quia rigor scriptus.l. prohibentis omnem pactionem in beneficijs & spiritualibus, ex cap.quam pio.1.quæstione.2.cap.fina.de pactis. cap.quæsitum.de rerum permutatione.cap.tuanos. de simonia ante ferri debet huiusmodi æquitati non scriptæ ex.l.placuit.C.de iudicijs.

33 Non obstat quartum, scilicet, huiusmodi renunciationes & pactiones quasi suspectas de simonia prohiberi ne forsitan inter partes aliquid tẽporale detur vel speretur, atque ita fundata est in præsumptione. l. autem fundata in præsumptione non obligat in foro conscientiæ si veritas est in contrarium, vt docem Innocentius & omnes in cap. quia plerique. de immunitate ecclesiarum Panor.nu.10.Felinus.nu.39.& Decius lectura.1.nu.62. Andr.ab Exea. nu. 33. in.capit.primo.de constitutionib.Iason in rubrica. de acquirenda hæredit. numer. 15. Mantua nu.87.August.Beroius nu.228.d.c.1. de constit.

Andreas

Andreas Alciatus in ca. nouit. nu. 42. de iudicijs. Adrianus quodlibeto. 6. fol. 112. Ergo saltim in conscientia tuti erunt qui ad hunc modum renunciata beneficia contulerint & possederint, nam principium illud quo passim autores vtuntur falsum & periculosum est & ab omnib⁹ principijs alienum verius enim est legem fundatam in præsumptione obligare in conscientia, & si veritas sit in cōtrariū, vt puta cauetur huius vniuersitatis statutis ne suffragaturi priuatim alloquātur oppositores ne fortasse ab eisdē in suam sententiam attrahātur quamuis aliquis iam pridem secum statuisset quid facere oportet nec vllo modo à sua sententia dimoueri posit tamen alloquendo. l. violat nam cum. l. sit iusta debet à subditis obtemperari, sub pœna peccati, vt tradunt cōiter Doct. vt resoluit Coua. in. 4. 2. par. c. 7. §. 7. num. 8. Fortunius Garsia de vltimo fin. illatione. 16. Anto. Gomez. l. 3. Tauri. nu. 123. Burgos de paz in. l. 1. Tauri. nu. 459. Ferdinan. Menchaca lib. primo. controuersarium vsu frequentium cap. 7. num. 1. & capi. 10. nu. 20. citantes ad hoc glos. primam in capit. quem in ecclesiarum. de constitu. quæ tamen id non probat, vt contendit Nauar. in Manua. cap. 23. num. 46. Cæterùm id verum est & probatur in capi. nemo. 11. quæst. 3. & ad Roma. cap. 13. & ex multis probat D. Thom. 2. 2. quæst. 96. articul. 4. Alfonsus à Castro lib. 1. de. l. pœnali. cap. 4. Soto. lib. 1. de iustitia & iure. capit. 6. artic. 4. contra alios ab eodem relatos. vnde cum huiusmodi statutū vniuersitatis iusta præcipiat mediū illud scilicet nō alloqui est obseruandum licet fundatum in præsumptione. Similiter lex interdicit alienari res minorum vel ecclesiæ eo quod præsumit id nō fieri cum eorundem vtilitate nihilominus tamen obligat in conscientia & contractus nullus est, etiam si vtiliter gestus sit, vt patet similiter. l. humana mota iustissimis de causis censet & approbat medium illud quod est non esse faciendas huiusmodi pactiones in beneficiorum renunciationibus, vt etiam statuit non esse promittenda beneficia viuentium ex ca. 1. & 2. de concessione præbendæ. & ex his quæ tradit Duarenus de sacris ecclesiæ minister. lib. 6. capit. 1. etiam si certissimè sciamus non esse mortem desiderandam, vel nullam simoniam veram interuenire nihilominus medium illud à lege præscriptum obseruare tenemur, vt tradit Couar. in cap. cum esses. nū. 5. de testamen. Fortunius Garcia de vltimo fine. illatione. 15. Iason in. l. post diuisionē. col. 2. C. de iuris & facti ignorantia.

34 Inde deducentes. ll. introducentes solennitates testamentorum obligare & per consequens non esse tutum in conscientia hæredem qui hæreditatē ex imperfecto testamento adeptus fuerit contra legis imperium, quod idem probat latè Antonius Gomez in. l. 3. Tauri num. 123. Couar. in cap. cum esses. nu. 8. de testamentis. & eam multis confirmat Soto lib. 4. de iustitia & iur. quæst. 5. artic. 3. Menchaca, Victoria, & alij relati ab Antonio de Padilla in. l. cum quæ. nu. 12. C. de iuris & facti ignoran. contra plures ab eisdem relatos.

35 Nec text. in dict. cap. is qui fidem. de sponsalib. probat communem allegationem & sententiam Innocent. & aliorum, quia dispositio illius text. & si fundetur in præsumptione etiam obligat in conscientia ad contrahendum matrimonium cum ea cum qua copula intercessit, vt receptum est secundum Antonium nu. 16. Abba. nu. 3. in capit. tua nos. de sponsalibus. Paludanus in. 4. distinct. 27. quæst. 2. artic. 1. & ibi Ioannes Maior quæst. 1. col. penult. non autem censetur contractum matrimonium eo foro & coram Deo, quia lex canonica non potuit statuere, vt esset verum matrimonium sine vero consensu reclamante lege diuina, iuxta capitulum. licet de sponsa duorum. capit. tua nos. ad finem. de sponsalibus. docet Victoria de matrimonio. 1. parte. nume. 4. Soto in. 4. distinctione. 27. quæstione. 1. artic. 2. Martinus Ledesmius in secundam. 4. quæst. 47. artic. 1.

36 Non tandem obstat aliud argumentū quo mouetur Duarenus suprà quod scilicet vbi cessat fraus renunciatio conditionalis non erit turpis nec inutilis etiam si fiat coram inferiori à Papa argumēto vulgaris regulæ, quod cessante ratione legis cessat & ipsa lex capit. cum cessante. de appellationibus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus. vt puta si aliquis beneficiarius eo animo & affectu sit vt ecclesiam ab aliquo Regi cupiat ob ipsius sanctitatem & eruditionem & ea ratione beneficium in eius fauorem renūciet pacto adiecto, vt eidem detur cum cesset ratio qua prohibetur pactio & conditio arbitratur ipse renunciationem valere, verum ipse animaduerto deceptum fuisse Duarenum in intellectu illius principij pro cuius vera explicatione illud asseuero leges habere vim & potestatem obligandi etiam si earundem ratio finalis cesset in particulari, nam cum omnis lex rationabilis seruan-

seruanda sit, vt suprà fuit resolutum hæc autem rationabilis, sit ergo obseruanda, quod autem sit rationabilis sic probo illa lex rationabilis dicitur quæ talis est si respiciamus ad ea quæ, vt plurimum accidunt de his enim.ll.feruntur.l.3. cum sequentibus. ff. de legibus. sed vt plurimũ ratio huius legis non deficit, ergo etiam si deficiat in aliquibus particularibus nihilominus rationabilis est, & per consequens obseruanda hoc præmisso, ad argumentum respõdeo, quod aliquando lex negatiuè cessat veluti cum ratio legis cessat in particulari, & tunc ratione cessante lex non cessat verbi gratia ieiunium propter macerationem carnis est inductum, si vero quis non egeat ieiunio ad carnis reprehẽsionem ob quem finem inductum fuit ab ecclesia adhuc non cessat præceptum imo mortaliter peccaret omittendo ipsum, vt intendit Abbas in Rubrica de obseruatione ieiuniorum.num.12. clarius explicuit Caietanus.2.2.quæst.147.artic.3.similiter prohibet lex arma nocturna, qui pacificus est non poterit illa deferre cessat enim his casibus mens vel ratio legis purè negatiuè, ita quod ex obseruantia non sequitur contrarius, seu iniquus effectus, & ideo adhuc lex ipsa obligat sufficit enim esse scriptum à legislatore, vt optimè explicuit idem Caietanus.2.2.quæst.120.arti.1. Soto lib.1.de iustitia & iure.quæst.6.artic.8.col.3.& latius lib.4.quæst.5.artic.3. col.4.Couarruuias dict.c.cum esses.num.9. Bertrandus consil.150.col.penul.volumine.2. vbi vero ratio legis cessat negatiuè & contrariè ita vt contrarius sequatur effectus intentioni ipsius legis seruando legem in cortice inique ageretur, vnde tunc seruanda non est veluti si cum lege cautum esset ne quispiam percutiat in aula principis ob eius dignitatem & salutem conseruãdam licitè proditor interficeretur non obstante lege illa quæ cessauit non tantum negatiuè, sed etiam contrariè similiter si aliquis ieiunio non tantum non maceratur verum etiam ita stimulatur, vt conquiescere non posit legem de ieiunio seruare non tenetur ex Caietano indict. artic.1. post Diuum Thomam ibidẽ.idẽ Thomas in.4. distin.37.quæst.1.artic.4.Antoninus.4.par.titu.5.cap.19.Alciatus lib.2.parergon.capi.2. Couarruuias in regula possessor.2.parte.§.6.nu.2. in qua specie intelligitur lex non dubium. C. de legibus. quæ omnia paucissimis verbis significauit Aristotelis lib.5.Ethicorum.cap.10. dicens nõ licere subdito à lege discedere etiam si eiusdem ratio cesset negatiuè licere tamen si cesset negatiuè, & contrariè simul idest si sequatur ex obseruantia legis contrarius effectus intentioni eiusdem legis, quod idem sensit Couarruuias suprà.& in.4.2.part.cap.6.§.9.num. 8. dicens non sufficere legem cessare in particulari nisi cesset in generali & ad hæc reduces plurima quæ circa text.in dict.cap.cum cessante.& dict.l. adigere.§.quamuis.tradunt Abb.in dict.ca. quoniam contra.nume.6.de probationib. Tiraquellus de cessante causa.1.part.nume.125.Menchaca lib.1.controuersiarum illustrium.cap.46.nu.5.Alfanus collectanea 42.vnde cum in specie proposita à Duareno ratio legis cesset in particulari nempe vbi nullum adest pactum neque vlla cõditio in renunciatione lex cessare non debet iuxta superius dicta.

37 Ex hac vero resolutione iam obiter explicabis difficilem Vlpiani decisionem in.l.prospexit.12. ff. qui & à quibus in illis verbis perquam durum est, sed ita lex scripta est, in cuius tex.specie adulterio commisso domi prohibet text. libertatem præstari seruis absentibus intra sexagesimum diem diximus enim supra cessante ratione legis & legem cessare, sed in specie illius legis cessabat ratio quare serui absentes & habitantes extra locum commissi adulterij libertate priuarentur quæ quidem pia causa est.l.1.§. sinautem.C.de cõmuni seruo manumisso.l.contra.C.de testamentaria manumissione. accedit, quod testimonium serui debile est, vnde cum serui absentes fuerint tempore commissi delicti cessat in eis ratio legis Iuliæ. de qua in.l.verba.C.de adulterijs.& ita vti iniusta dispositio illius legis seruanda non erat, argumento capit. erit autem lex.4. distinctione.Ex quibus legem illam carere ratione & spiritu affirmat Maynerius in.l.quod contra.nu.8.ff.de regul.iuris. Salycetus in.l.2.C.de noxalibus.subdens quod in ea lege fuit pro ratione voluntas, Felinus nu. 11. in cap.si quando.de rescriptis. & alij, vt ait Bald. in l.si quis seruo.nu.7.C.de seruis fugitiuis. & mirabilem & duram appellat Iason in.l. nõ dubium. nu.3. C. de legibus. & odij plenam Menochius de recuperanda.remedio.1.nu. 21. & plures in errores grauissimos traxit hæc lex, vt videre est per Beroium nu.200.Abexea.301.in capit.1.de constitutionibus conantur rem explicare Andreas Gamarra, de interpretatiõe iuris ciuilis.§.1.nu.26. Ioannes Crotus in.l.omnes populi. nu.164. ff.de iustitia & iure. Corasius de iure ciuili. in artem redigendo.1.part.cap.6. & plures relati ab

ti ab

ti ab Alfano collectan. 112. quare prætermisso intellectu Baldi in. l. si quis seruo. nume. 7. C. de seruis fugitiuis. quem reprehendit Felinus in. c. si quando. de rescriptis. nu. 11. prætermisso etiã alio intellectu Bart. in dict. l. non dubium quem reprehendit Salycetus in dicta. l. verba prætermisso etiam alio Corasij lib. 1. de iure ciuili, in artem redigendo. 1. part. cap. 3. in fin. dicentis legem illam non carere ratione, sed quod eius ratio omnibus perspecta non est, & ob id dura videtur, quomodo interpretat' ipse. l. non omniũ. ff. de legibus. Ex superioribus tamen facilis erit illius tex. intellectus si aduertas, quod in ea. l. prospexit negatiuè tantum cessat ratio. l. Iuliæ, & in particulari in seruis absentib⁹, vnde meritò prohibitio. l. negatiuæ non cessat, & ideo serui absentes non manumittuntur si vero placet aliter potest intelligi text. ille cum Menochio de arbitrarijs lib. 2. centuria. 1. casu. 82. nu. 14. cum Antonio de Quesada diuersarum quæstionum iuris. cap. 16. nu. 23.

38 Remanet ergo ex superioribus, quod renũciatio conditionalis coram Episcopo facta non valet qua in re illud est notatu dignum, quod vbi quis resignauerit ea mente vt conferatur beneficium alicui alias non resignaturus, si tamen id non exiterit expressum nõ committit simoniam etiam mentalem, ex glos. in dict. cap. ordinationes. vbi Præpositus nu. 33. & glos. in dict. cap. ex parte. subscribunt Panormit. in dict. cap. dilecto. notab. 1. Antoninus. 2. part. titul. 1. cap. 5. §. 11. Syluester verbo, renunciatio. quæstione 6. imo post beneficium libere resignatum etiã extra curiam potest resignator licitè nominare personam cui prælatus beneficium conferat ex traditis per Cassadorum decisione secunda. de simonia.

39 Circa vltimum quis sit effectus renunciationis resolue renuntiantem legitimè beneficium illud non posse repetere. probat tex. in. c. ex transmissa infra eodem. cap. quam periculosum. 7. quæst. 1. iuuat regula quod semel & regula mutare. de regu. iuris. in. 6. tradunt Anchatra. & Perusi. nu. 6. in cap. 2. hoc titul. in. 6. adeo, vt is qui licentiam petijt ad renuntiandum post obtentam cedere compellitur, ex cap. quidam. infra hoc titul. l. matrimonij causa. ff. de ritu nupt. l. matrimonij causa. ff. qui & à quibus. quod idẽ procedit etiam si licentia illa fuerit obtenta per procuratorem iuxta glos. in Clemen. vnica. hoc titul. verb. cedendum quam ibi sequuntur Cardina. Abb. & Imol. idem Abb. distinguens in. d. cap. quidam.

40 Neque obstat huic resolutioni text. in. l. is qui. 1. ff. de cessione bonorum. vbi cedens re integra ante bonorum venditionem potest pœnitere & recuperare bona, nam respondeo text. illum procedere in actu, qui non exigit superioris præsentiam. text. vero in dict. capit. quidam. loquitur in actu præsentiam superioris requirẽte prout est renuntiatio cap. admonet. hoc titu. vnde ne superior illudatur compellitur quis vti priuilegio & licentia sibi concessa, ex glos. in. d. c. quidam. recepta à communi ibidem, pro qua est tex. in. c. bonæ. de postulatione prælatorum. vel secundo respondeo, cum Anto. in dict. capit. quidam, quod text. in dict. l. is qui procedit in renunciatione rei propriæ quæ facilius amittitur cum dominium quis habeat in ea text. vero in dict. capit. quidam. loquitur in renunciatione beneficij, & sic in renunciatione rei non propriæ, quia renuntians non est dominus beneficij, sed procurator. capit. 2. de donationib. vel si placet aptius intelligi potest. text. in dict. l. is qui vt procedat quoties res integra erat. Tũc enim is qui bonis cessit potest, pœnitere, vt significat text. in illis verbis (ante rerum venditionẽ vtiq; bonis suis non caret) at in specie text. in dict. capit. quidam res integra nõ erat. vt patet ex text. in illis verbis ea obtenta in quem sensum debet intelligi text. in. l. fina. C. de repudianda hæreditate. in cuius text. specie filius qui patris hæreditatem repudiauit, & sic renuntiauit iuri suo potest intra triennium seruata forma, de qua ibi reuocari suam abstensionem, vt intelligatur quia res integra erat, vt significant verba eiusdẽ text. ibi (in suo statu manentibus.)

41 Neq; etiam obstabit huic resolutioni text. in cap. post translationem. §. cæterum. infra eodem. vbi episcopus quidam renunciauit suæ dignitati, & tamen postea admittitur ad eandem dignitatem petendam, non obstante renuntiatione à se facta, nam respõdeo ibi esse casum specialem & ratio specialitatis est, quia Episcopus ibi renũciauit episcopatui propter vexationem & molestiam, vt significat text. ibi persecutiones &c. vnde cessante impedimento & causa renunciationis statuit text. vt ad pontificalem dignitatẽ redeat, vt intelligit gloss. ibi verum hic intellectus nõ satisfacit nam repugnat expressè

text.in.d.capit. quam periculosum. vbi etiam si per vexationes fiat renunciatio non admittitur postea ad dignitatem renunciatam. Quare verius intellige, quod in specie dict.§.cæterùm.episcopus ille renunciauit episcopatui propter defectum scientiæ vnde cum postea cesset impedimẽtum & fiat doctior videtur, quod eandem sedem reassumere posit, & hoc est quod significat text.ibi (ac per exercitium lectionis scientiæ) & ita ex illo text. deducit Bald. ibidem nu.5. quod si quis semel, fuit reprobat⁹ in priuato examine si tamen postea diu & bene studeudo profecit potest, iterum examinari & rationabiliter approbari, verum hic intellectus ex eo displicet, nam in eo qui electus fuit à Romano Põtifice in episcopum præsumitur quod tempore electionis scietia ac virtute præditus erat, vt probat tex.in cap.cum in cunctis.de electione.imo dignior & sanctior & scientia eminentior eligendus est, ex cap.licet ergo.8.quæst.1.& suprà dixisti. ergo planè videtur non esse admittendũ quia propriam turpitudinem allegat contra regulam text.in l.dolum. C. de periculo & cõmodo rei venditæ. l.cum proponas. C.de pactis.responde tamen sustinendo prædictum intellectũ ad text.in dict.§.cæterum. quod ideo ibi admittitur allegans turpitudinem, quia agit de publico fauore, & de salute animarũ, quia si non esset idoneus scientia nõ bene subditos gubernaret, & ideo in hac specie admittitur fauore animæ, allegans propriam turpitudinem reliqua circa interpretationem dict.§.cæterùm.& ex quibus causis posit episcopo licentia concedi ad renũciandum episcopatui, tradit Marcus Anto. Cucus.libr.2.institutionum maiorum.tit.6.de episcopis & cler.à nu.393.cum sequentib.

42 Non etiam obstat huic resolutioni tex.difficilis in cap.cum pridem.de pactis.in cuius specie Petrus quidam & eius fratres sunt restituendi ad beneficiũ cuius iuri renuntiarunt cui difficultati gloss.fina. ibi tripliciter satisfacit primo quod tẽpore quo Petrus ille pro se & fratre suo renunciauit litis super beneficio erat spoliatus prædicto beneficio ac proinde renunciatio illa non valuit nec obstat quominus sit restituẽdus ex cap.solicitè. de restitutione spoliatorum. verum hæc solutio licet in se sit vera non satisfacit quantum ad text.in dict.cap.cum pridem. quia renũciatio facta per Petrum pro se & fratre suo in illius tex. specie fuit facta coram summo pontifice & interueniente eius authoritate, vt probat tex.ille in illis verbis (nostris monitis acquiescens) vnde cum facta fuerit pontificis authoritate cessat omnis præsumptio violentiæ, vt tradunt Abb. & reliqui ibidem. Quare secundus intellectus est, quod Petrus ille pro se & fratre suo fuit auditus ad hanc restitutionem non ex mero iuris rigore, sed ex principis beneficio misericorditer implorato, quia decepti fuerunt, vt intelligit glo.ibidem.in versi. dicas melius à cõmuni recepta teste Abb.nu.12. Imola nu. 8. ibidem. Tertius intellectus ad illum text. est quod renũciatio facta per Petrum pro se & fratre suo in eo text. habebat tacitam conditionem si altera pars fecisset, quod Papa mandabat & cũ non fecerit meritò sunt restituendi nec huic intellectui obstat, si quis dixerit non valere renunciationem beneficij sub conditione factam iuxta glo.in cap.ex parte.1.de officio delegati. verbo, dimittere vbi communis, quia respõdeo quod in specie. d.c. cum pridem. tacita conditio fuit à iure sub intellecta & conditio illa intellecta in animo renunciatis habẽdi aliquid spirituale nõ facit actum simoniacum, vt in permutationibus beneficiorum, vt resoluit Abb.in dict.capit. cum pridem.in fin.verbis.

43 Iam igitur ex superibus constat qualiter renuntians beneficium legitimè illud repetere non potest imo post obtentam licentiam ad renunciandum cedere compellitur, ex dict.capit. quidam. cuius argumẽto dicebat Romanus singulari.596.quod subdiaconus impetrans dispensationem à Papa ad contrahendum cum aliqua compellendus sit cum illa contrahere cuius opinionem sequuntur additionator Abb.in.c.fina. de bigamis litera.a.Ferdinan. de Loazes de matrimonio regum Anglæ. dubitatiõe.6.nu.4. Ias. in optima quæst.in.l.Gallus.§.instituens.ff. de liber.& posthu.lectura.1.nu.5.pro quibus est tex. in.d.l.matrimonij causa.

¶ Cæterùm contrariam sententiam imo impetrata dispensatione non posse compelli contrahere veriorem esse existimo cum Ancharra.consil.219.& Loazes suprà nu.84.

44 Quod idem recipiendum est, quoties matrimonium contrahitur inter consanguineos sub conditione si Papa dispensauerit, vt scilicet, post obtentam dispensationem requiratur nouus consensus, vt est communis Theologorum quam post Cardinal.& Abb.in.cap.super eo. de condit.appositis.resoluunt Couar.in.4.2.parte.

cap.3.

cap. 3. in princ. nu. 7. Domi. Soto in. 4. distin. 29. quæst. 2. artic. 1. col. 10. in princip. Parisius consil. 52. nu. 41. volumine. 4. Loazes suprà dubio 12. in princ. Mar. Anto. Cucus. lib. 5. institutionum maiorum. titul. 11. de matrimonio. nu. 55. &. 56. pro qua opinione facit, quia nemo est compellendus inuitus contrahere. c. requisiuit. c. cum locum. de sponsalibus. vrget etiam, quia hoc casu post impetratam dispensationem non est cōtractū matrimoniū, sed requiritur nouus cōsensus, vt significat text. in. d. c. super eo. ibi nequaquam cogēdus est, ergo significat tex. quod post impletam conditionem cogendus est contrahere & consentire, quia requiritur nouus consensus, & hæc est verior opinio quāuis cōmunis canonistarum post Innoc. Abb. & cōmunē in. d. c. super eo. vt refert Couar. supra contrarium affirmet imo, quod statim absq; alio actu nouo matrimoniū ipso cōditionis euentu perficiatur exemplo cuiuscūq; alterius actus sub cōditione gesti argum. tex. difficilis in. l. qui Romæ. §. augerius. ff. de verb. oblig. quē latè explicat insignis præceptor noster Emanuel Costa lib. 2. selectarū interpretationū. c. 23. nu. 15. cui argumē. facile respondeo cum traditis à Marco Anto. supra præsertim quod hodie attento cōcil. Trid. matrimoniū sic cōtractū nec matrimoniū est nec in vim sponsaliorū valet de æquitate tamen cogendus erit alter ex consanguineis qui consentire non vult ad expensas dispensationis soluendas, vt aduertit Soto vbi proximè quamuis contrariū falso velint Decius in. l. ea quæ raro. ff. de regu. iur. Ias. in. l. apud Iulia. §. constat. de legat. 1. Boerius decisione 264. nu. 27.

45 Superest modo, vt ad argum. pro Hippolyto adducta satisfaciamus non igitur obstat primum argumentū deductum, ex. d. c. quidam. nā respondeo quod illud est speciale in casu illius tex. & ratio specialitatis est, quia præsumit ius quod is qui impetrat licentiam ad renuntiandū beneficium hoc facit vel propter vtilitatem ecclesiæ, quia forsan non habet scientiam sufficiētem vel illud facit propter propriam salutē suæ animæ, quia fortè habet conscientiam alicuius criminis vel irregularitatis propter quod nō potest illud beneficium obtinere, quem intellectū satis præsensit glo. in. d. c. quidam vbi explicant Imol. & reliqui communiter.

46 Non obstat secundum argum. deductum, ex. d. l. matrimonij causa. si aduertas quod tex. ille non probat id ad quod ab Hippolyto allegatur, quia solū dicit quod si ancilla à domino manumittatur matrimonij causa non potest cum alia contrahere quam cum manumissore, & si contrahit matrimonium est nullum, & reducitur in pristinam seruitutem.

47 Verum adhuc non leuis contra superius dicta vrget difficultas de text. in. c. cū vniuersorū. de rerū permut. in cui⁹ tex. specie fuit actū inter Gundisaluū quendā canonicū & inter Ludouicum clericū, de permutatiōe suarū præbendarū quorū alter contractū inter eos initum adimpleuit renuntiauitque præbendā in fauorē illius de quo conuenerāt alter vero præbēdā suam sicuti promisit resignare noluit inquit tex. quod is qui præbendā suam renuntiauit pōt eam repetere, & sibi restitui iubet ab Innoc. 3. diximus eñ supra renuntiantē beneficiū nō posse illud repetere, imo post obtentā licentiā ad renunciandum cōpellendū esse cedere quā difficultatē sic resoluit gl. fi. ibid. dicens prouisionē illius tex. gratiosam fuisse & ex æquitate cōtra iuris rigorē fuisse inductā cum Pontifex poterat illū priuare ex eo quod permutatio de qua ibi fuit illicita, vtpote facta propria autoritate cōtra regulā tex. in. c. cū olim. de rer. permut. vbi cōis notat est tradit Couar. lib. 1. Variar. c. 5. n. 4. glo. intellectū sequunt Anto. nu. 2. Imol. nu. 9. in eod. loco. & Staphile⁹ de literis gratiæ & iustitiæ. fol. 67. Fortun Garsia in. l. iurisgentium. in princ. nu. 13. ff. de pactis.

48 Pro quo intellectu ego cōtra eos cōsidero I. C. & Pontifices maximos sæpissimè iuris rigore reiecto hanc æquitatē cōsiderare, & ex æquitate plura decidere. vt ꝓbat. l. ita vulneratus. 52. ff. ad. l. Aquil. ibi multa eñ sæpissimè in iure ciuili cōtra strictā disputādi rationē attenta æquitate statuunt. l. Pantonius. 85. ff. de acqui. hæred. l. in ambiguis. 86. §. quoties. ff. de reg. iur. l. seruitutes. §. si sublarū. ff. de seruit. vrba. præd. l. placuit. 8. C. de iudicijs. l. si me & titium. 32. ff. si cert. pet. Pōtifices in. c. si beneficia. 20. c. si tibi concesso. 26. de præbē. in. 6. c. 1. de alienat. iudicij. c. pastoralis. de caus. poss. tradit Conna. libr. 1. cōment. iuris ciuil. c. 11. Rogerius de off. iudicis. pagi. 9. & eam æquitatē summè esse necessariā docet Aristotel. l. 2. Ethic. c. 10. S. Thom. in. 3. senten. dist. 37. q. 1. art. 4. Floren. 4. par. tit. 5. c. 19. docet Pulchrè Budeus in. l. 1. ff. de iusti. & iure. Marc. Salomonius in tract. de bono & æquo Aluar. Velasc⁹ lib. 1. iuris emphyteutici. q. 1. artic. 3. & 4. quæ æquitas nihil aliud est quā directio seu emēdatio l. deficientis propter vniuersale. hoc est moderamen & temperamentū iustitiæ quo lex deficiēs à verbis ad rationem dirigitur quæ æquitas alibi

mitiga-

mitigatio.l. est aliqua circũstantia personarum rerum, aut temporum appellatur iuxta.l.bona fides.31.ff.depositi.l.Diuus.8.ff.de in integr.restitu.l.si seruus.84.ff.de hæredib.instituendis.l.aut facta.16.ff.de pœnis.l.nulla.24.ff.de legib⁹.c.fin de transactionib.versi. in his autem. vnde cum in huius text.specie interuenerit simplicitas vnius ex permutantibus & dolus ex parte alterius meritò Innoc.3.reiecto iuris rigore ex æquitate, vt simplicitati illius consuleret & dolum alterius puniret beneficium restitui iubet, & hic est verus illius text.intellectus quamuis Cardinalis in eod. c. cum vniuersorum affirmet contra communem, quod text.ille nullã contineat gratiam, sed ius commune quod idem ingeniose defendit Barba.ibidem col.3. quorum opinio defendi, potest si aduertas quod cum renunciatio beneficij facta sine superiore sit valida vel inualida secundum volũtatem superioris eam admittentes vel reprobantes secũdum notata per Abb.in.c. quod Dei timorem. de statu regularium fit gratia in casu illius tex.secundum ius in eo quod ob simplicitatem renuntiantis & alterius dolum Roma.Pontifex noluit admittere renuntiationem. & ideo beneficium reddit ad renuntiantem, vnde planè constat iuxta hunc sensum, quod in specie illius text.pactio non fuit illicita nec obstat litera text.ibi simplicitati, nam intentio illius text.est, quod licet debuisset priuari, quia permutauit propria authoritate non tamen priuatur attenta sui facilitate & dolo aduersarij.

49 Sed adhuc textui.in.c.cũ vniuersorum obstat text.difficilis in.c. quod in dubijs. hoc titul. vbi resignatio facta fuit in laicum, & ita non potuit fortiri effectum, & tamen renuntians perdit beneficium resignatum per huiusmodi resignationem, ergo idem videbatur dicendum in specie text.in.d.c.cum vniuersorum.quod cum resignatio spõte fuerit facta permutationis causa propria authoritate, quod priuari debebat beneficio resignato, nam huic difficultati respondeo quod tex.in.d.c. quod in dubijs. loquitur in resignatione simplici facta nõ in manibus ordinarij quæ valet in præiudicium renuntiantis, at vero tex.in.d.c.cũ vniuersorũ.loquit in resignatione respectiua quę fit ea causa permutationis, vnde aduersario non implente non valet in præiudicium renuntiantis, vt intelligit Cardin.ibidem maximè quod secundũ eund.& Imol. permutantes propria authoritate non amittunt sua beneficia quãdo permutatio non est impleta ex vtraq; parte, sed ab altera tantum quod est notabile ad intellectum tex.in.c.cũ olim. de rerum permutatione.

50 Illud vero circa interpretationem text. in d.c.cum vniuersorũ.summè notandũ est, quod & in praxi vtilissimũ reputo, quod si inter permutantes sua beneficia vnus ex eis dixit se habere beneficiũ quietum & pacificum & postea ab alio euincatur, poterit ille ad suum beneficiũ redire, ne decipiens ex suo dolo cõmodum reportet, quod argu.tex.in.d.c.si beneficia. resoluit in specie Rebuf. vbi suprà nu.250. & idẽ in cõcordata sub Rubrica. de collat.§.volumus.pag.423.

51 Non vero leuis est controuersia vtrum in his casibus in redeunte ad primum beneficiũ requiratur nouus titul.& quod requiratur probat ex eo, quia primus titulus extinctus est acceptatione secũdi bñficij curati incõpatibilis, quod in resignante ex causa permutationis quæ non fuit sortita effectũ si ad suum beneficiũ reuertatur probat Rota noua.1. & de rerũ permutatiõe. & 16.eod.tit.in antiquis Federic.de Senis cõs.156. Petr.de Perusio in titul.de permutatione. fol.3. col.fin. Gomec.in reg.de triennali possess. q. 24. Socin.cõsi.168.volumi.2. Cæterum contrarium imo liberè posse permutantem ad dimissum beneficiũ redire verius est, vt probat idem Federicus de Senis, de permutatione.q.8. Ioan. Andr. & Perus.in.c.1.de rerũ permutatiõe.lib.6. Imol. in.c.penul.col.fin.& in.c.fin.nu.43.&.44.de rerũ permutatione.& in hoc inclinat glos. regulæ cancellariæ.38. & Rota antiqua.862.& hãc esse cõmunem testatur Petr.Rebuf.in titul.de pacificis poss.fol.22.col,3.nu.143.quem omnino vide consentit Staphileus de gratijs & expectatiuis c.de varijs modijs vacationis nu.7. quidquid in hoc trepidet Abb.in.c.cum pridem.nu.11.in fi de pactis. qui non audet hoc decidere, quod in prouiso per ordinarium de beneficio reseruato vel affecto, vt si ignorans esse reseruatũ illud acceptet & postea sibi euincatur potest libere ad beneficium per se dimissum redire & hoc absq; noua collatione, vt est text.in.d.c. si beneficia quem ad hoc singularem, & nouum casum dixit Felin.in.c.cum venerabilis.col.4. de except. Petr. de Perusio de permutatione. col.penult. versi. quæro circa prædicta. Selua de benefic. 3 par.q.24.col.3.quod idẽ probat text.in. c.si quis epus.92.dist.c.si quis trãslatus. 21.q.2. late Abb. consi.101.probatur etiã per.l.2.ff.de optione legata, vbi qui habet legatum optionis vini si acceptum acceptat non extinguitur legatum, & il-

te-

text ad hoc vltra Doct.in.d.c.si beneficia.commendat Roma.consil.229.Cardin.in Clemēt.1. quæst.9.de iure patronat.Rochus in tract. de iure patronatus.verbo,competens.quæst. 16. Gomezius in.c.2.in fi.contra glos.fi.ibi, de rescript. in.6.probat est text.in cap.præsentium.7.q.1.& quod nō sit necessarius nouus titul. in specie. d. c.si beneficia contendit Dominicus ibi, in fi. & Duarenus sacris ecclesię ministerijs.lib.8.c.3.de beneficiorū permutatione.in fi. & probatur satis ex.d.c.si beneficia.in verbo, liberè,si enim liberè ad dimissum beneficiū redire potest in eo tex.ergo sine noua collatione, quia hoc importat verbū,liberè.iuxta gl.in Clem.dudum.verb. liberè.de sepulturis.tradūt Abb. & reliqui in. c. de multa.de præb.idem Abb. in.d.c. cum venerabilis. vbi Decius cōem dicit facit etiam quod receptū est de optante antiquiorē præbendā,vt in præbenda optata non requiratur nouus titulus,ex Dominico in.c.fina.de consuetudine.lib.6.Cardin.in repet.c.dilectus.1. de præb.col. 28. Cassadorus decisione.17.de præb.& ita tenendo non obstat argum.suprà propositū quod per acceptationē secūdi beneficij curati prim⁹ titulus est extinctus,& ita videbatur requiri nouum titulum & nouam collationē interuenire,nam respondeo,quod in proposita specie beneficiū dimissum per adeptionē alterius, siue sit alteri collatū vel non fingitur non vacare, & si vacauerit & de eo fuerit dispositū illud factum fuisse intelligitur sub quadam tacita conditione,videlicet, si collatio secūdi, per quam primū vacabat valeret qua cessante fingitur nō esse facta,vt intelligit Dominicus in.d.c. si beneficia,& ita de consuetudine non peti nouam collationem, quādo quis redijt ad suū beneficiū,tradit Rebuf. in praxi beneficiali,Rubrica de permutatione.nu.12. quamuis necessaria sit superioris licentia ad apprehēdendā possessionem ne vim inferre videatur quoties beneficium iam posidebatur per alium vt euitet pœnam.c.cum qui.de præb. in.6. tradit Rota 23.in nouis.nu.5.in fin. de renuntiatione.Felin.d.c.cum venerabilis.col.3.Socin. & Duarenus vbi proximè, Nauarrus in.c. accepta. oppositione.7.illatione. 9. &.10. Adeo quod is qui redit ad suum beneficium potest agere possessorio,quia non censetur diuertisse,qui statim redit ex. l.3. ff de diuortijs. ne censetur amisisse possessionē ciuilem, ex.l.clam posidere. §.si. ff.de acquirenda possessione. vnde si permutauero beneficium cum aliquo & demum velim redire, quia eum permutatum non habeo pacificum si Titius interim moriatur & per mortem quis petat in eius locum subrogare is subrogabitur saluo iure meo adeo quod si datum mihi beneficium non remaneat, sed an is euincatur non obstāte alterius morte & collatione ad meum beneficium redire potero, & ita habet praxis curiæ Romanæ, teste Rebuffo in.d. Rubrica de permutatione. nu.13.

52 Circa quem text.in.d.ca. si beneficia illud summè nota quod tunc demū is qui ignorās acceptat beneficiū reseruatū, & alij debitū si sibi huiusmodi beneficiū elidatur potest libere ad suum redire absque noua collatione qn̄ sine difficultate,idest,sine allegatione aliqua iuris vel facti dimisit primum beneficiū, vt significat text. ille ibi(sublata difficultate quacūq; omnino dimiserunt beneficia sic sibi de facto collata) vt intelligunt Ioan. Andr.Ancharra.q.5. & Dominicus ibidem. intellige tamen dimittere censeri, absq; difficultate allegationis iuris vel facti quādo tantummodo de facto resistit certioratus de reseruatione,cæterū non censetur text. ille excludere in illis verbis allegationē iuridicam, id est, quod mediante lite beneficiū defendat, vt intelligit Felin.in.c.causam quę.de rescript.col. 14.Selua de beneficio.3.par.quęst.13.col.5.Belamera decisione.598.Rebuf.de pacificis poss.nume.143.cum sequen. duplex est enim molestiæ difficultas quædam iuris quædam vero facti, at in eo text. prohibetur tantum ea quæ est de facto,non vero ea quæ est,de iure litigandum, vt explicat Fran.Balbus de præscript.4.par.quintæ partis quęst.29.nu.4.Ex superioribus infero etiā ampliationem ad text.in.d.c.si beneficia.vt procedat etiam in eo qui cedit liti, vt consequatur aliud beneficium, nam si illud non potest consequi potest vti suo pristino iure, vt argumento text.in dict. cap. cum pridem. de pactis. resoluit Abb.ibidem num.11.

53 Vltimo pro huius materiæ cōplemento, infero,quod quoties permutatio facta est,& vtrūque beneficiū est quietū & pacificum, & vterq; resignauit tamen alter permutātium alterū decipit vltra dimidiam iusti pretij non erit locus remedio.l.2.C.de rescindenda venditione quia in his spiritualibus non cadit æstimatio, & quia non censetur alter permutantium habere beneficium ab altero,sed ab ipso prælato, & ita in specie resoluunt Ancharra.& Imol.in cap.cum causam.de emptione & venditione. Decius consil. 210.communis est.Couar.lib.1.Variarum resol. cap.1.nume.3.optimè Pinellus in.l. 2. de rescin-

B denda.

denda.1.pár.c.3.nu.16. quamuis contrarium teneat Anto.de Burgos in.d.cum causa. nu. 59. & nemine relato, illustris admodũ præceptor noster Anto.de Padilla in.d.l.2.num.17. vltra quos ego aduerto, quod in hoc casu huic decepto poterit succurri per remedium tex.in.d.c.cum vniuersorum. quod scilicet deceptus redeat ad suũ beneficium, vt optimè defendit Rebuf. supra. ex quibus absoluitur hæc Rubrica.

AD CAPVT. ADMONET. rerum summa.

Alexan. III. Episcopo Tornacensi.

In c.Admonet. De renuntiatione.

ADmonet & infra vniuersis personis tui Episcopatus sub districtione prohibeas ne ecclesias tuæ Diœcesis ad ordinationem tuam pertinentes, absque assensu tuo intrare audeant, aut detinere aut te inconsulto dimittere, quod si quis contra prohibitionem tuam venire præsumpserit, in eum Canonicam exerceas vltionem.

¶ Diuiditur autem text. in duas partes in quarũ prima ponitur prohibitio. In secunda prohibitionis pœna facti vero species satis, ex text. litera constat.

AD huius ergo capitis interpretationē quæritur verū posſit quis beneficium recipere abſque authoritate illius ad quem collatio ſpectat, & an beneficij renuntiatio abſque prælati authoritate valeat & videtur reſpondendum recipi poſſe beneficium abſque ſuperioris authoritate, quod probatur Alexand. III. conſtitutione in capit. cura. de iure patronatus. verbo legitima præſcriptione, in cuius ſpecie eccleſia vel beneficium præſcriptione adquiri & ſic abſque canonica inſtitutione videmus.

¶Secundò, quod beneficij renuntiatio abſque prælati authoritate valeat, ſic probatur iuri pro ſe introducto, quilibet poteſt renuntiare, ſed beneficiarius ius habet in ſuo beneficio, ergo illi poterit renuntiare maior probatur ex capitulo. ad apoſtolicam. de regularibus. capit. fina. de crimine falſi. l. ſi quis. in conſcribendo. C. de pactis. tradit Socinus regula. 339. minor probatur ex eo quod beneficiarius ius habet in ſuo beneficio. argumento regula beneficium de regul. iuris. in. 6. capit. ex frequentibus. de inſtitut. conſequentia vero rectè infertur.

¶Tertiò ſic, renuntiatio beneficij facta à procuratore reuocato valet abſque domini conſenſu. Clementina vnica. de renuntiatione, ergo & in præſenti valere debet abſque prælati authoritate.

¶Quartò renuntiatio beneficij per metum facta valet mero iure, ſed in huiuſmodi renuntiatione meticuloſa non datur ſuperioris authoritas, ergo renuntiatio beneficij fieri poteſt abſq; ſuperioris authoritate, maior probatur ex iuris regula quæ habet, quod geſta per metum valeat mero iure, licet poſteà reſcindi poſsint, probat text. in. l. ſi mulier. §. ſi metu coactus. ff. quod metus cauſa. probatur etiam per text. in capit. ad audientiam. de his quæ vi. dum tex. ille loquitur in renuntiatione beneficij meticuloſa, & tamen ſe fundat in dict. regula. l. ſi mulier. quę intelligitur quod non valent geſta per metum oppoſita, ſcilicet exceptione. iuxta glo. in capitul. ſuper hoc. hoc titulo. & communem teſte Nauar. in capit. accepta. oppoſitione. 1. numero. 1. de reſtitutione ſpoliatorum.

¶Quintò ſic, de natura conſilij eſt, vt quoties quis tenetur aliquid facere de conſilio alicuius ſufficit ſi petat nec tenetur neceſſario ſequi in ſpecie huius text. beneficium abſque conſilio prælati renuntiari poſſe, ergo ſufficit conſilium petere nec conſenſus requiritur, maior probatur per text. in capitul. cum olim. de arbitris. minor ex verbis noſtri text. ibi aut te demittere inconſulto, conſequentia vero rectè infertur.

¶Vltimo probatur hæc eadem pars authoritate Vrbani Papæ. in capitul. duæ ſunt. 19. quæſtione 2. iuncto capit. licet. de regul. vbi in clericis tranſeuntibus ad religionem ſtatutum eſt, poſſe abſque prælati licentia beneficio renuntiare.

¶Quibus non obſtantibus veriſsima eſt Alexandri. III. diſpoſitio in præſenti. imo beneficium non poſſe detineri abſque canonica inſtitutione, nec poſt obtentum renuntiari abſque prælati authoritate cuius concluſionis prima pars probatur per text. in capit. ex frequentibus de inſtit. capitul. vnico. de eo qui mittitur in poſſeſſionē. in. 6. regula beneficium. de regul. iur. in 6. Secnnda vero pars probatur per text. in capit. quod in dubijs infra eodem. capitul. epiſcopus de loco. 7. quæſtione. 1. capitul. denique. 6. quæſtione. 3. capit. & cum plantare. §. & in eccleſijs. de priuileg. vnde cum text. hic duas contineat partes. operępretium duxi duas conſtituere decidendi rationes.

1 Ratio ergo decidendi quare eccleſiaſticum beneficium, non poſsit abſque canonica inſtitutione obtineri reiecta ratione Ioannis Monachi in dict. regula. beneficium quæ non ſatisfacit illa ſolida eſt, quia beneficia ſunt inſtituta ad diuinum cultū & officium ſpirituale exercendum. c. vlt. de reſcrip. in. 6. cōcil. Trid. Seſs. 21. de reforma. cap. 3. & inſtipendium clericorum. c. epiſcopus. de præb. vnde oportuit beneficiū nō aliter obtineri quam ex diſpenſatione prælati, qui ſecundum iuris pręcepta eliget idoneum ad ſpiritualia & ſtipendia publica, & iuxta cuiuſq; meritum diſtribuet, quæ omnia canonicæ inſtitutionis nomine continentur, vt tradit Rebuff. in praxi. titul. de canonica inſtitutione in princ. & numero. 7.

¶Accedit, quod per beneficium datur iuriſdictio ſpiritualis aliquando vt in curatis. capitulo ſuper eo. de præben. in. 6. extrauaganti execrab. ad finem. de præben. vel etiam adminiſtratio bonorum eccleſiaſticorum. capitul. nullus. de iure iurando. capitu. requiſiſti. §. vltimo. de teſtamentis. probat Ioannes Andreas. Abbas numero vltimo. in capitulo tua. 1. de iureiurando. vnde non debuit hæc iuriſdictio, vel adminiſtratio aliter haberi, quam ex conceſsione prælatorum canonice facta cum penes illos ſit ſpiritualis poteſtas & eccleſiaſticorum bonorum adminiſtratio intra Epiſcopatum. capit. nullus. 16. quæſt. 7.

vnde meritò ab Alexan. III. hic statuitur non esse alium titulum, per quem beneficia licitè obtineantur præter canonicam institutionem.

2 Vel si placet ea potest esse ratio quia in ecclesiam Dei nō debet esse alius ingressus quam per ostium cuius ostij claues procul dubio præfectis ecclesiasticis committuntur, qui eisdem clauibus & regulis canonicis instituendos in ecclesiam Dei intromittant & sicut ecclesia in se pura, sancta & immaculata est & omni ęx parte absoluta ita & clericos ecclesiæ tales esse decet, vt absque scandalo. verbo & factis populum Dei regere possint adeo, quod qui indignos instituunt sacrilegium contrahunt & pro prima vice ab institutione repelluntur, ex cap. sunt quidam. 1. quæstione. 1. tradit Petr. Pechius in regula beneficium.

3 Ex qua ratione decidendi primo infertur regulam nostri text. procedere in omnibus beneficijs, tam maioribus, quam minoribus, ex prædicta ratione. vt resoluit glos. 1. dict. regula beneficium, & communis teste Rebuff. in praxi. titul. quid sit beneficium. nu. 13. & patet ex verbo beneficium illius regulæ, sub quo ex proprietate sermonis omnia beneficia comprehenduntur. cap. penulti. de verborum signific. docet glos. 5. in capit. 1. de rerum permutatione. in. 6. latè Selua de beneficio, 1. par. quæst. 3. nisi ex intentione disponentis, & ex subiecta materia aliud colligat sic procedit text. in cap. cum in illis. de præbendis. in. 6. tradit Decius in capit. postulasti. nume. 6. de rescript. qui defectus intentionis in pręsenti non reperitur.

4 Secundò infertur regula nostri text. nō procedere in beneficijs temporalibus in quib⁹ cessat prædicta ratio, tum quia nō habent onus spirituale per ecclesiæ institutionem nec dantur in stipendium militiæ clericalis cuiusmodi sunt præbendæ temporales. de quibus per glos. in. c. cum. m. verbo, receperunt. de constitu. recepta. vt per Abb. nu. 4. Felin. 13. Decius 31. Ripa 170. in cap. maioribus. de præbendis. Selua de beneficio. 1. par. quæst. 2. nu. 74. Probus in Rubri. de prębend. in. 6. nu. 6. contra Beroium in Rubric. nu. 13. & in capit. ad aures. nu. 13. de rebus ecclesiæ. de quibus etiam beneficijs loquitur text. in. c. 1. & in cap. penult. de magistris. concil. Trid. de reformatione. Sessione. 5. cap. 1. & ita hoc corollarium probat glos. vltima. in dict. regula beneficium. glos. 2. in dict. capit. 1. de eo qui mittitur in possessionem. in. 6.

5 Quibus consequens est non comprehendi in nostro text. & similibus capellas, vel oratoria, quæ passim instituuntur cum onere anniuersariorum vel sacrum faciendi assignatis in perpetuum redditibus in alimoniam clerici in seruituri, non interueniente authoritate episcopi in institutione prædicta: secus vero si illa interueniat, quia tūc creatur beneficium propter onus spirituale annexum per canonicam institutionem, & ita resoluit Rota antiquior. 545. de iure patronatus. Guido Papæ decisione. 187. Paulus consil. 358. in fin. volumine. 1. Belamera in. c. super hoc. nu. 15. hoc titu. Matthæus Pacus, de mādatis apostoli. 5. par. conclusione. 7. Rebuf. de pacificis poss. nu. 286. voluit glo. 1. in Clemen. vltima. de decimis. quam probat Felinus in cap. ex parte. el. 2. num. 2. de rescript. Decius consil. 100. numero. 4.

6 Vnde clausula testatorū prohibentia ne episcopus se ingerat conferendo vel aliter disponēdo de capella, seu oratorio locum habet vbi authoritas episcopi non interuenerit in constitutione, quia tunc licet constituēti eiusmodi clausulam adijcere, argumento. l. in traditionib. 49. ff. de pactis intēdit Guido vbi proximè Ancharra. consil. 129. nu. 4. At vero si episcopi autoritas accedat clausula illa non tenet, quia locum habet regula nostri text. &. c. omnes Basilicæ. 16. quæst. 7. cum similibus. quam testator nō potuit infringere. c. tua. de testamentis. capit. 2. 10. q. 2. probat Rota. 10. de testamentis. in antiquis communis ex Couar. in. 4. 2. par. c. 3. §. 1. nu. 10. Menchaca de successionum creatione. lib. 1. §. 7. nu. 15. Rochus de iure patronatus. verbo, pro eo. q. 22. nu. 15. Decius consil. 185. nu. 2.

7 Quo fit, vt si capella constructa sit episcopi authoritate teneatur, quis ad preces horarias recitandas nō alias, vt resoluit Medina in. C. de pœnitentia. c. de oratione. quæst. 7. Nauar. in cap. si quando. notab. 22. pag. 552. de consecr. dist. 1.

8 Illud etiam notabis ad titulum huius capellæ posse quem sacris initiare, vt colligitur, ex cōcil. Trid. Sessione. 22. capit. 2. reputabitur enim loco patrimonij prophani.

9 Tertiò infertur ex eadem ratione regulam nostri text. & similium procedere in præstimonijs quæ sunt pēsiones quędam ex redditibus beneficiorū extractæ, vt si habeant onus spirituale ex ecclesię institutione in illis locum habeat noster text. & inter ecclesiastica beneficia computentur, quoad iuris effectus, vt probat tex. sic intelligendus in. c. vltimo. de concessione præbendæ. in. 6. vbi Dominicus Ioan. Andreas in cap. postulasti.

stulasti.de rescrip. Oldraldus consi. 81. Soto lib. 9. de iusti. & iure. quæst. 7. art. 1. At vero si præstimonia sint instituta pro alimonia studentium vel militum in subsidiũ contra infideles, vel pro alio onere tẽporali nec in hac regula nostri tex. cõtinent, nec inter bñficia numerãtur sic procedit sñia Io. Andr. in. c. 1. de rerũ permut. Felin. in. d. c. postulasti. nu. 8. Gomezij de gratijs expectatiuis nu. 39. Quint. Mandosius in regul. 16. cãcellariæ. quæst. 36. nu. 6. & satis iuuat cõcil. Trid. vbi suprà, iuncto text. in. d. c. penult. 1. de magistris. & in hoc sensu vera est sententia Medinæ in. d. c. de oratiõe, fol. 169. & Staphilei de gratijs expect. 5. forma. num. 3. asserentium huiusmodi prestimonia non obligare ad officium diuinum ad quod solum veri beneficiarij tenentur ex concil. Lateranensi sub Leone 10. §. statuimus, & ita ex alijs in specie concordat Menoch. de arbitrarijs lib. 2. centuria. 3. casu. 201. nu. 57.

10 Vltimo ex prædicta ratione decidendi infertur declaratio ad nostrum text. quod scilicet obtinentes beneficia absque canonica institutione sunt in statu damnationis tenenturque eadem dimittere & fructus restituere, vt significat text. in dict. regula beneficium. verbo, licitè. dict. cap. ex frequentibus. (ibi contrarium honestati) d. c. 1. de eo qui mittitur. in. 6. (ibi vitiosus ingressus) iuuat illud Ioãnis. c. 10. qui non intrat per ostium, &c. & ita probat Cosmas in pragmatica Sanctione, titul. de pacificis possess. §. ordinarij. verbo, inquirant. Nauar. in Manuali capit. 25. numer. 214. Couar. in regul. Peccatum. 2. parte. §. 8. numer. 6. quod intellige dummodo defectus canonicæ institutionis inducat nullitatem tituli. secus vero si requiratur tantum ad meliorem prouisionem quamuis omissio inducat peccatum, ex Ioan. Andrea, & Dyno in dict. regula, beneficium.

11 Rursus quoties quis formã hui⁹ tex. nõ obseruauerit canonica vltione puniri debet, vt probat noster tex. in illis verbis (canonicã in eũ exerceas vltionẽ) quæ verba ab aliquib⁹ in præsenti intelliguntur, id est excõicetur, sed magis placet, quod cum huiusmodi excommunicationis pœna, non sit in iure expressa quod debeat puniri arbitrio iudicis. argumento text. in capi. de causis, de officio delegati. & quod hoc significẽt verba nostri text. vt intelligit Anto. in præsenti.

12 Secunda vero ratio decidendi ad secũdam text. partem ea est, nam ad Episcopum spectat institutio, & destitutio beneficiorũ in toto suo episcopatu quoniam ipse fundatam habet intẽtionem de iure communi in omnibus ecclesijs sui episcopatus. c. regenda. 10. q. 1. c. omnes Basilicæ. 16. q. 7. capit. nullus. c. si quis. deinceps. ead. causa. & quæst. c. cum ex instinctu. §. fin. in fi. de hæreticis. vbi Abb. notat idem Abb. in. c. cum venerabilis. in prin. de relig. domibus. tradit Selua, de beneficio. 3. part. quæst. 4. Felin. in. c. cum venerabilis. nu. 33. de exceptio. Gome. de expectatiuis. in princ. Ioan. Nicolaus in enchiridio sacerdotiorum, tit. de expectatiuis. nu. 18. adeò quod ordinatus vel prouisus ab aliquo episcopo nõ tenetur ostẽdere suis parochianis titulos quos habet à suo episcopo, quia pro eis presumitur quod tamen secus esset si esset ordinatus vel prouisus ab alieno episcopo, vt tradit Cardin. in. c. 2. de institut. cum ergo ad episcopum pertineat institutio & destitutio meritò renuntiatio in ipsius manibus est facienda, vt docet gl. verbo, manibus. in Clemen. vnica. de renuntiatione. quam commendat Præpositus col. 5. in fin. in summa. 21. distin. & eam probat Rota. 5. & 13. de renuntiatione. in antiquis. & . 5. eodem titulo. in antiquioribus Calderi. consil. 5. de renuntiatione. quę resolutio adeo vera est quod à princ. indifferenter in omnibus mensibus episcopi prouidere poterant beneficia ecclesiastica in suis diœcesibus nisi pontifices temporis successũ sibi reseruassent: illos octo menses apostolicos, vt tradit Staphileus, de literis gratiæ & iustitiæ. numero. 2. latius Gomezius de expectatiuis. nu. 3. Verũtamen est, quòd licet summus Pontifex ita ãplã potestatem cõcesserit episcopis diœcesanis longe maiorem sibi reseruauit ex ca. dudum. §. nos igitur. cap. quamuis. de præbend. in. 6. tradit Gomez, & Staphileus suprà.

13 Rursus pro eadem decidendi ratione considero, quòd acceptans beneficium per quasi cõtractum, se obligat ad administrationem ipsius. vt probat text. iuncta glo. in cap. nisi cum pridẽ. §. verum. infra eodem. ibi (cui detegendo manum apud extraneum te fide media copulasti) quem ad hoc singula. dicunt Cardinal. consilio 141. Felinus in capit. quæ in ecclesiarum. columna. 14. de constitutionib. idem Felinus in capit. quoniam frequenter. §. porro. vt lite non contẽstata cum ergo obtinens beneficium quasi contraxerit cum ecclesia merito absque prælati consensu non poterit ab huiusmodi quasi contractũ recedere nisi consentiente ecclesia & prælato. argumen. l. sicut. C. de actio. & obligat.

14 Ex qua decidendi ratiōe. 1. infero ampliationem ad nostrum text. quod adeo verum sit beneficium non posse renuntiari absque prælati authoritate, vt vacante ecclesia renuntiatio fieri debeat cum consensu ipsius capituli, vt tradit Rota noua. 311. hoc titul. Anto. in. d. c. quod in dubijs. col. 3. Abb. in cap. cum olim. de maioritate & obedientia.

15 Secundò infero declarationem ad nostrū text. quod quoties beneficium est electiuum, quia ad vnum pertinet electio, cæterum confirmatio ad alium pertinet, tunc si quis velit huic beneficio renūtiare, talis renuntiatio fieri debet coram eo ad quem pertinet confirmatio non autem debet fieri in manibus eligentium, vt tradit Bart. in. l. fin. per text. ibi. C. de defensoribus ciuitatum, quod tamen verum est quando cōfirmatio est necessaria, secus vero si est voluntaria, vt tradit Decius in. c. ad nostram. num. 13. de confirmatione. vtili vel inutili.

16 Tertiò infero tex. nostrum procedere non solum in beneficiario verum etiam in episcopo, qui episcopatum sine pontificis authoritate dimittere non debet. vt probat text. in capit. 2. de translatione episcopi. vbi Abb. c. ex tuæ. de clericis non residentibus, tradit Marcus Anto. Cucus. lib. 2. institutionum maiorum. tit. 6. de episcop. & cler. nu. 390. causas autem. ex quibus episcopus possit episcopatui renuntiare, & ex quibus eidem posit concedi licentia ad renuntiandum refert text. in. c. post translationem. infra eodem. & latè explicat Marcus Anto. supra nu. 393. cum sequentibus. quod est notabile ad tex. in cap. 1. hoc titulo.

17 Quartò infero falsam esse glos. secūdam in præsenti dum intelligit text. nostrum procedere in clericis subditis alijs prælatis inferioribus episcopo, vt absque ipsorum consensu renuntiatio fieri non posit verius enim est, quod quanuis ad ipsos pertineat collatio beneficiorum adhuc sit necessarius consensus episcopi. vt tradit glo. in Clemen. vnica. verbo, manibus. hoc titu. vbi Imol. cuius opinionem testatur communē Cardi. ibi. q. 7. idem in. d. c. quod in dubijs. & ibi Anto. col. 3. Rota in antiquis. 218. de renuntiatione. nam cū ad ipsum pertineat destitutio merito eidem debet competere ius tribuendi licentiam ad renuntiandū. ¶ Quintò infero text. nostrum procedere etiam quoties quis adquisiuit illicitè beneficium, scilicet per simoniam, nam tunc non poterit beneficium dimittere absque prælati authoritate, vt probat tex. in cap. de regularibus. de simonia.

18 Sextò infero text. nostrum non procedere in pensionis renūtiatione hæc em̄ sufficit, quod fiat coram notario & testibus, vt tradit Præpositus in. c. Agatho. 63. distin. cuius dictū approbat Rota secundū Gomezium in cōpendio vtriusq; signaturæ, quod est sub regula. 25. quæst. 16. col. fin. fol. 76. redemptio tamen pensionis non potest fieri sine Papæ licentia. vt tradit Adrianus quodlib. 9. art. 3. ad. 5. fol. 66. col. 4.

19 Et an secura conscientia tanquam pensio posit absque labe simoniæ vendi & pecunia redimi quoties asignata est super fructibus beneficij cōtrouersum est tandem Ioan. Maior in. 4. dist. 15. q. 5. in vniuersum negat huiusmodi redēptionē pensionis pecunia fieri posse, ex aduerso vero Caie. in suis opusculis, Tom. 2. lib. 7. responsionum. q. 9. & 10. concedit huiusmodi redemptionē fieri posse & hoc idem ꝓbare nititur Gigas de pensio. lib. 1. q. 87. Nauar. in man. c. 25. nu. 114. Ego vero sic distinguendum esse existimo, quod aut pensio fuit imposita prætextu alicuius ministerij ecclesiastici dicēdi rem diuinā vel aliquod officiū spirituale, & ī hoc casu cū huiusmodi pensio videat͛ habere figurā præbēdę non poterit pecunia redimi iuxta regulam text. in. c. si quis obiecerit. 1. q. 3. si autē pensio fuerit imposita ad remunerationem alicuius beneficij fauore ecclesiæ, & fuerit concessa seculari poterit redimi, argumento capituli quicunq; suffragi. 12. q. 2. vt tradit Victoria in lectura. de simonia. nu. 48. pagin. 214. si autē pensio fuit imposita ab eo qui erat certus de iure suo pro bono pacis autoritate superioris in hoc casu sub ecclesiæ correctiōe crediderim tamē, quod poterit redimi pecunia, quia non videtur quod hoc casu pēsio sit quid spirituale, sed temporale, si autem nullus est certus de iure suo, & vult consentire pensionem, vt pars aduersa cedat iuri suo in eius fauorem, vel si pensio sit imposita in permutationibus beneficiorum, vel in resignationibus in hoc casu inuenio, quod Soto lib. 9. de iusti. & iur. q. 7. art. 2. pagin. 889. certè non videtur declarare sententiam suam, ego vero sub correctione ecclesiæ dico quod non potest redimi pecunia numerata salua conscientia huiusmodi pensio licet quotidie fiat contrarium, nam in effectu videtur emi beneficio, item etiam, quia huiusmodi pēsio prætextu renūtiationis beneficij dari pōt & cōsentire, ergo nō est quid tēporale & per cōsequens

sequens pecunia redimi non potest, & ita eruditè tenuit Victoria vbi suprà nu. 54.

20 Infertur ex superioribus tex. nostrum procedere tantum in clerico & prælato electo & cõfirmato non autem in electo tantum & nõ confirmato, nam electus ante confirmationem renuntiare poterit iuri suo & electioni de se factæ absque superioris consensu, vt tradit glo. ad verbum renunciauit in c. 2. de in integr. resti. quam ibi probarunt Innoc. Hostiens. Ioan. Andr. Cardin. Imol. & Panorm. Felin. in c. cum Bertoldus. nu. 3. de re iudicata. Iason in l. is qui hæres. nu. 2. & ibi Aret. col. 3. ff. de acquir. hæred. Rota noua. 491. de elect. cõmunis teste Panormi. in cap. 2. nu. 33. de translatione epi. vbi est gl. similis verbo, confirmasse. glo. cõmendata per omnes in c. si electio. verbo renuntiat. & ibi Dominic. & Perusinus de electione. in. 6. glo. in c. cum inter canonicos. verbo, coniugalem. de electione. neq; huic opinioni cõmuni obstabit text. in. d. c. cum inter canonicos. vbi dicitur inter electũ & electores contrahi quasi vinculum cõiugale, quod videbatur non posse dissolui, nisi per summum Pontificem & per consequens electum inconsulto illo non posse electioni renunciare. argumen. c. inter corporalia. de translatione epi. nõ enim obstat, nam per electionem etiam acceptatam ab ipso electo, non cõtrahitur matrimonium vllum spirituale, sed tantum post confirmationem, & tunc dicetur matrimoniũ ratum & post consecrationem consummatum. cap. licet. de translatione episcopi. & in. d. c. inter corporalia. solum huiusmodi matrimonium ratum aut cõsummatum reseruatur Pontifici dum vero tex. in. d. c. cum inter canonicos. dicit contrahi quasi vinculum coniugale intelligendus erit non de vinculo de præsenti, quod contrahitur per matrimonium ratum aut cõfirmatum cum hoc non detur nisi post confirmationem & consecrationem, sed poterit intelligi de vinculo de futuro, quod contrahitur per sponsalia de futuro quæ videntur esse inter electores, & ipsum electum cum per electionem dicatur matrimonium initiatum iuxta text. in. d. c. licet. quare vt spõnsalia carnalia etiam iurata mutuo sponsorũ dissensu sine vlla superioris licentia dissoluuntur. c. præterea. in primo. de sponsalibus nimirum etiam si ad instar horum sponsaliorum spõsalia spiritualia mutuo etiam dissensu electorũ, & electi dissoluantur, & sic valeat renuntiatio electionis ante confirmationem sine licentia superioris, vt glo. in dict. cap. 2. verbo, renuntiauit agnoscit quibus omnino adde, quod postulantes possunt retrocedere à postulatione antequã illa superiori præsentetur per text. in cap. bonæ. el. 2. versic. si enim à contrario sensu de postulatione prelatorum electores tamen non possunt retrocedere etiam si electio non fuerit superiori præsentata capit. cum inter canonicos. capit. publicato. de electione. & hæc est communis resolutio secundum Panormit. in capit. in causis. de electione. notauit idem in dict. cap. bonæ. numer. 11. sequuntur Rochus de iure patronatus. verbo, honorificum. Probus in cap. si tibi absenti. numer. 32. de præb. in sexto. rationem autem differentiæ quare magis postulantes possint retrocedere quam electores, vide per Panormi. in dict. cap. bonæ. à numer. 20.

21 Vltimo ex superioribus infero text. nostrũ procedere etiam in tacita renuntiatione, quæ insurgit ex assumptione beneficij, aut dignitatis incompatibilis, vt scilicet requiratur licentia vel approbatio superioris, & ita non vacare primum nisi superior ratum habeat communis docet, quam resoluit Panormit. in cáp. quod in dubijs. nume. 9. Innocentius in præsenti & scribentes ad cap. de multa. de præben. Superest nunc vt ad aducta pro ratione dubitãdi satisfaciam⁹.

22 Non igitur obstat prima difficultas. ex tex. in dict. capit. cura. de iure patronatus. nam communis resolutio est in specie illius text. non præscribi ecclesiam, quoad titulum ipsius spiritualem, id est, vt præscribens efficiatur rector vel prælatus ecclesiæ, sed solum præscribitur ecclesia in proprietatem concessam, idest, quoad subiectionem, vel vnionem bonorum temporaliũ ipsius quo casu cessat difficultas, & ita intelligit gloss. magna in capit. contingit. de dolo & contumacia. glo. vltima. in dict. regula beneficium gloss. 3. in capit. si quis. deinceps. 16. quæst. 7. & in Clement. secunda. verbo, beneficijs. de iudicijs. & vtrobique Docto. omnes teste Balbo, de præscript. 1. part. quintæ principalis. nume. 81. Cosmas in pragmatica Sanctione. titul. de pacificis possessorib. §. ordinarij. verbo, inquirant. & verbo, triennio. numer. secundo. pro quo intellectu facit, quia similiter dispositio text. in capit. vnico. de eo qui mittitur in possessionẽ. in sexto. per quam prohibetur missio in possessionem in beneficijs solum procedit, vbi agitur de titulo beneficij non vero vbi de ecclesia in proprietate in qua cessat ratio ibidem descripta,

t aduertit gl.6.ibidem glo.& omnes in.d.c.con ingit.vbi Abb.nu.12.dicit cōem, sed is intellectus licet in se sit verus non tamen cōuenit tex. n.d.c.cura.tum quia ex nullo verbo illius colligitur ibidem agi de ecclesia in proprietate, item non conuenit illi titulo in quo de iure patronatus tractatur & tandem, quia in originale eiusd. tex.2.Tom.conciliorum inter acta Alex.III.tit. de iure patronatus.c.9.habentur hæc verba (ne ecclesiæ contra iuris ordinem alicui cōferre debeant) quæ verba significant agi ibid. de donatione.per quam ecclesiæ conferebātur id quod non potest accōmodari ecclesijs in proprietatē concessis, id est, Ius patronatus quod habebant in ecclesijs iuxta glos.in.c.quod autem per text. ibi,& in.c.illud.de iure patronat⁹ cōis.ex Rocho ibi, ipse.nu.38.quæ donatio inde iure patro.verbo, ipse.nu.38.quæ donatio inspecto iure non valet sine consensu episcopi, cū nō sit facta ecclesiæ, vel loco religioso.d.c. illud. &.c.nullus.eod.titul.cōmunis teste Rocho, vbi suprà, nu.35.& pbat text.in.c.1.de iure patro.in 6.in princ.dum specialiter non requirit consensum episcopi in donatione iuris patrona.quæ fit ecclesiæ in qua habetur ius illud vel loco religioso qnasi secus in alijs meritò igitur admittitur in eo text. præscriptio ad supplendum consensum episcopi qui nō interuenit, vt habet litera illius text.iuxta quem sensum verba originalia suprà relata sic sunt intelligenda ne beneficia contra iuris ordinē cōferātur id est, ne cōferant ab epis ad præsentationem illorū, qui indebitè & cōtra iuris ordinē retinēt ius patronatus prætextu donationis inualidæ, & sic soluitur.1.difficultas.

23 Non igitur obstat secunda difficultas, nam respondeo regulam illam procedere in priuilegio & fauore personali principaliter personæ cōcesso, vt intelligit glos.in.d.c.ad apostolicam. at vero text.noster procedit in renuntiatione beneficij quam nō potest quis facere propria autoritate absque epi consensu, vt constat ex nostro tex.& ex.c.quam periculosum.7.q.1.ibi in diuinis rebus quæ verba exponūtur id est, in officio prædicandi & corrigendi, quod solum pertinet ad Epūm vel prælatos, ex Archidia. Belamera & communi ibi cuius rei ratio est ea, de qua suprà, quod cum clerici, vel prælati beneficiū, vel prælaturam acceptantes censeantur quasi contrahere cum ecclesia non possunt à cōtractu discedere altero contrahente inuito, ex.l. sicut.C. de actio.& obligat. ¶ Secunda ratio est, quia licet posit quis iuri suo renuntiare fallit tñ si ex tali renuntiatione sequatur tertio præiudiciū, quia tunc non valet talis renuntiatio iuxta gl.in.c.ad apostolicam.& est text.in. c. si diligenti. de foro compe. iuncta gl. & communi intellectu iuuat. l.per fundum. ff.de seruit.rusticorum. sed sic est quod ex renuntiatione beneficij, vel prælaturæ: sequitur præiudiciū ecclesiæ, quia fortè illa persona est magis vtilis ecclesiæ quam altera, ergo meritò illa renuntiatio si in manibus superioris fiat non debet valere ex qua resolutione.

24 Primò infertur resolutio illius quæstionis an nobilis (qui vulgo dicitur hijo dalgo) renuntiare posit priuilegio de nō incarcerādo & non posse defendit Alexan.in.l.alia.§.eleganter. nu. 16.ff.soluto matri. Cifuentes in.l.79. Tauri.dubio.4.& ibi Gomez nu. 3. Otalora de nobilitate 2.part.3.principalis.c.9.nu.8. Menchaca de success.creatione.lib.3.§.22.nu.74. Didacus Perez 1.Tom.ord.col.1364. quāuis contrariū affirmet Castillo.d.l.79. gl.1. Couar. c. Quāuis pactum.in initio.2.partis.nu.5.Grego. Lopez in.l.34.tit.si. Parti.7.verb.sangre.Ioan. Orosius in.l.ius agnationis.nu.4.ff. de pactis.quamuis ipse in.l. si quis crediderit.& in.l.pactum inter emptorem.ff.eodem titul.dubius sit,& affirmet vtranque posse sustineri diximus enim suprà, quod vbi ex renūtiatione, sequitur tertio præiudicium renuntiatio non valet at in hac renūtiatione diminutio oritur toti ordini & cōmunitati nobilium quibus priuilegium est concessum ergo meritò renuntiatio non valet. Quod tamē secus erit quoties ius particulare renuntiatur hoc casu procedit regula text.in.l.si quis in conscribendo.C.de pactis.qua aduersarij præcipuè nitebantur, ego vero, vt has Doctorum contrarias sentias conciliem duas constituo conclusiones ad quas variæ Doctorum opiniones reducuntur. Prima nobilitas, nō perfectè causata nec formata in aliquē fortè ex defectu probationis renuntiari potest quoad renūtiantem, in quo quasi possessio cessat & successorum eorumq; præiudicium. Secūda conclusio renūtiatio tacita facta à nobili, qui vulgo dicitur (hidalgo de solar conoscido y de sangre y de executoria) quamuis noceat soluēti tributa, seu alio modo renuntianti nobilitatem, non tñ nocet successori, qui vult vti illo iure ex personis antecessorum nobilium, quod summè nota ad declarationem.l.miles.ff.de re iudicata. &.l.79.Tauri.vt adeo nobilis non posit detineri in carcere pro debito pecuniario, vt valeat renuntiatio illius priuilegij.

25 Se-

25 Secundò infertur ex eadem ratione clericum non posse renuntiare priuilegio. c. Odoardus.de solut.ex Hostien.& Ioan. Andr.ibidem. Matthæo de Afflictis. in constitu. vtriusq; Siciliæ. lib.1.rubr.66.nume.6. nam cum huiusmodi priuilegium toti ordini clericali concessum sit argum.c.contingit.1.de sententia excommunicationis, & ex hac renuntiatione toti ordini clericali præiudicium sequatur merito renuntiatio non valet etiam si iurauerit debitum, vt resoluit Couar.contra alios lib.2.Variar.cap.1.num.9.

26 Tertiò infertur, mulierem non posse ex eadem ratione renuntiare priuilegio.l.1.& auth. hodie.C. de officio diuersorum iudicum. & Authen.nouo iure.C.de custodia reorum.l.62.Tauri quibus concessum est ne mulier possit in carceribus pro debito ciuili detineri, vt resoluit Palat.Ruui.d.l.62.nu.3.& ibi Gomez Arias.num.8.

27 Quartò eadem ratione infertur priuilegio concesso egregijs personis, de quo in.l.ad egregias.ff. de iureiurando. non posse renuntiari ex Cino in.l.nec honorem.C.de episc.& cleric. Roman.singul.169.Alberic. & Alexan. dict.l.egregias. Gomezio. capit.2.num.43.de iudicijs in.6. communis teste Menchaca de successio. creatione.lib.3.1.partis.§.22.num.83.contra plures, quos refert Couar.dict.cap.quamuis pactum.in initio.2.partis.num.8.

28 Quintò infertur, quod ex eadem ratione non poterit clericus renuntiare beneficio alimentorum quod habet, de quo in cap.2.de præben. nam cum huiusmodi ius competat omnibus clericis pauperibus ordinandis & publicum sit non poterit renuntiare, vt resoluit Decius dict.cap.2.col.fina.argumen.text.in dict.c.si diligenti.iuncto text.in cap.mulieres. de iudicijs in 6. facit etiam nam iure alimentorum renuntiari nō potest.l.de alimentis. C. de transact.l. cum hi.in princip.&.l.si pater.ff.eodem titul. cum sit ius de futuro cui renuntiari non potest.ex.l. fin. C.de pactis.l.qui superstites.ff.de acquir. hæred.

29 Adeo quod & si huiusmodi renuntiatio sit iurata non valeat, vt tradunt Anania, & Felin. numer.2.in cap. si quis. de simonia. quibus facit nam quando actus fauore publico prohibetur iuramento renuntiare non potest.ex dict.capit. si diligenti.& ex doctrina Bartol. in.l. si quis pro eo.num.7.ff. de fideiusso. recepta teste Alciato in cap.cum contingat.num.83. de iureiurando. optime Couar.dict.cap.quamuis pactum.2.parte.§.1.num.1.Oroscius.l.ius publicum. nume.9. ff. de pactis. cum ergo renuntiatio in hac specie iure publico prohibeatur iuramento renuntiari non potest.2. quia renuntiatio seu cōuentio ex qua sumitur occasio delinquendi nō valet.l.conuenire.ff.de pactis dotalibus.l.si vnus.§.illud.ff. de pactis.cap.ex parte.de consuetudine.sed episcopus ordinando pauperem in clericum delinquit & illicitè facit ex tex.in. d.cap.2.ergo conuentio per quam quis inuitatur ad delinquendum non valet,& ita est tenendum quāuis contrarium velit Abb.in dict.capit.si quis.numer.4. Motus ex eo quod iuramentum seruandum est quando seruari potest, sine interitu salutis æternæ, at in hac specie seruari potest, ergo, nam respondeo quod cum iuramentum vt obliget debeat habere tres comites veritatem, scilicet iudicium & iustitiam .c.& si Christus. de iure iurando.quorum si aliquis deficiat iuramentum non obligat ex cap.animaduertendum. 22. quæst.2. docet Thom.2.2.quæst.89. artic. 4. Couar. dict. cap.quāuis pactum.1.part.§.6.nume.4.at in hac specie comes iustitiæ deficiebat cum iuramentum esset circa rem illicitā ergo non obligabat.

30 Sexto infertur mulierem renuntiare posse bonis lucratis constante matrimonio vulgò (bienes gananciales) vt resoluit Palacius Rubius dicens se sic iudicasse in facto in repetitio.cap.per vestras.in rubri.§.63.nu.1.&.§.47. nu. 13.& ante eum ita docuit Rota in antiquis decisio. 842. Rodericus Soarez.in.l.1.titu.3.lib.3. fori limita. 2.Couarru. in.4.2.parte.cap.7.§.1.num.21.Matienço.l.9.tit.9.lib.5.nouæ recopilationis.glo.1. vbi latè disputat satis faciens argumentis contrarijs. Plura alia circa materiam renuntiationum colliges ex traditis à Felin.in.d. cap. si diligenti. & à nouioribus in cap. quāuis pactum.de pactis. in.6.& à Matienço in.l.9.& in.l.10.titul.9.& in.l. 1.titul.16.lib.5.nouæ recopilationis.

31 Non obstat.3.difficultas ex Clemen.vnica. de renuntiatione. in cuius specie valet resignatio dignitatis, vel beneficij facta à procuratore reuocato, & reuocationis initio quem text. ad hoc singula.dixit Cardin.oppositione. 5. Imola notabile.3.ibidem.idem Imola nume.13. Felin. num.13.in cap.ex parte.de rescriptis.Paulus cōsil.361.Ioan.Monachus in cap. vltimo. notabile. 2. de procuratoribus in.6. cuius text. dispositio

tio grauiter repugnat iuris principijs quibus docemur, quod vbi agitur de perdendo dominio, & consequenter de graui iactura constituentis sufficit procuratorem reuocasse absque intimatione.ex.l.eius qui.8.§.quas vero.ff. si certum petatur, vbi Decius num.2.probat etiam.l.2.§.sed si quis donaturus.ff.de donat.apertiùs.l.si pater.4.ff.de manumissis vindicta.ex quibus planè cõuinces quod si strictam disputandi rationem sequamur per renuntiationem beneficij factam à procuratore reuocato, & reuocationis inscio non deberet perdi dominium beneficij, & ita remota præsenti decisione longe aliter esset respõdendum, ego vero sic existimo esse intelligendum.text.in dict.Clemẽ.vnica quod scilicet Põtifex ibi ex ratione ibidem expressa, & ex alijs quæ eum mouere poterant contra strictam disputandi rationem statuisse renuntiationem valere, quod in plerisq; articulis recipi probat.l.ita vulneratus.52.ad.l. Aquiliam (& dixisti supra in rubrica) his accedit quod etiam ob causas particulares, idem in simili Iurisconsultus iudicauerat in.l.si mandassent.ff.mandati.& in dict.l.si pater.in princip. quinimo & in procuratore ad lites obtinuit.ne iudex vel aduersarius illuderetur, vt gesta à procuratore reuocato essent firma iusta.c.mandato. de procura. sic & in matrimonio carnali placuit in pœnam illudentis, vt quãuis aliquis secundum rei veritatem non consenserit in mulierem cogatur eam habere in vxorẽ. ex cap.ex literis. 1.c.tua nos.de sponsalibus. cap. fina. in vltima parte. de condit. appositis explicat Couar.in.4.cap.3.§.2.num.9. Medina de cõtractibus.quęst.23.Victoria de matrimonio.conclusione.2.ex qua resolutione infertur.1.

32 Infertur primo decisionem tex.in dict.Clement.vnica. non posse extendi ad procuratorẽ constitutum ad præsentandum. si enim hoc in pœnam illudentis & variantis clerici est statutũ contra iuris regulas, vt omnes docẽt nimirum si ab homine ad alios casus extendi non debeat, vt probat regula quæ à iure de regulis iuris. in.6. cap.quamuis.de rescrip.in.6.tradit Ias.in.l. cum quidam.à num.20.de libe.& posthu. Ripa in.l.si constante.à numero. 67. ff. soluto matrimonio. Alphonsus à Castro. lib.1.de.l. pœnali. pagi. 67. tradit Aymon Craueta de antiquitate temporum.4.parte principali.numero. 78. Petrus Gamarrus in tract.extensionum. 1. tomo.num.90. Nauar.in capit.quando. de consecratione. dist. 1.numer.84.Menochius de recuperanda remedio.1.numer.19.quam conclusionem in specie firmat Paul. dict. consil.361. Aymon.consil.7 & idem in simili consuluit Romanus.consi.34 colum. 1. neque huic resolutioni obstat si dixeris casum exceptum à regula, ad alios similes debere extendi, ex capit.cum dilecta. de cõfirmatione vtili explicat Felin.in capit.quoniam frequenter.in princ.vt lite non contestata. Decius & nouiores in.l.1.ff.de regulis iuris. Nauar.in capit.1.§.laboret.numer.14. de pœnitentia. distin. 6.quia illud intelligitur de extensione facta à lege, vt etiam fit in cap. si ciuitas de sententia excommunicationis in.6. nos vero agimus de extensione facienda ab homine ad casum non expressum, vt eleganter docet Iaso.in dict.l. si constante.nume.72.& ante eum Cardin. in Clemẽ vnica.colum.2.de consanguinitate.tametsi hac in re immerito Paulũ de Castro repræhendant Lamberti.de iure patronatus lib.2.1.parte.quæstio.4.artic.14.in fine.& Rebuff.in praxi.titul. de forma vicariatus numero.214. relati & probati à Couar.cap.9.practicarum.num.8.

33 Secundò ex eadem ratione infertur decisionem.text.in dict. Clement.vnica.præcederet etiam quando is qui cõstituerat procuratorem ad cedendum vel renuntiandum apud summũ Pontificem antea renuntiauit in manus sui ordinarij, infirma enim erit huiusmodi renuntiatio non certiorato prius procuratore quod ratio huius text. satis aperit & verba proclamant, dum inquit & ipsum procuratorem ignorãtem, postmodum duxerit commodolibet reuocandũ, sed per renuntiationem hanc.2.loco factam aliquo modo, quo ad effectum reuocatur procurator, vt patet ergo Clementinæ locus est qua ratione & multis alijs eleganter hanc illationem comprobat Probus in rubrica de renuntiatione. lib. 6.à numer.37.Selua de beneficio.3.parte.quęst. 16.numer.2.vltra quos facit euidens ratio ex iuris regula cum quid, prohibetur prohibita sunt etiam ea per quę peruenitur necessario ad illud. l.cum lex.ff.de fideiusso.tradit Iaso.in.l. quominus.notabili.9.ff. de fluminibus. Ripa de peste. numero.69.Albertin.in repetitione.capit. quoniam.quæst.6.à numer.11. de hæreticis.libro.6. sed per decisionem dictæ Clement.vnicæ.prohibetur reuocatio procuratoris, ergo & renuntiatio illa per quam procurator in effectu reuocatur. ¶Tertiò ille dicitur facere in fraudem legis qui saluis verbis ipsius sententiam vel mentem. l.violat.l. contra. cum sequẽtibus.ff.de legibus.

sed

sed mens illius Clementinæ est vetare reuocationem procuratoris, ergo qui renuntiatione sic facta procuratorem indirectè reuocat licet verba salua esse videantur mentem, tamen circumuenit & legem fraudat, nec obstant argumenta, quibus moti Felin. in dict. c. ex parte. Decani. numero. 16. & alij relati, sed non probati à Probo in capit. fina. numer. 3. de procu. in. 6. contrarium asserunt non enim obstat primũ, quod ea solum attenduntur quæ principaliter fiunt, non quæ inde sequuntur per consequentias, & de per accidens. l. 1. ff. de authoritate tutorũ, sed in proposita specie principaliter fit renuntiatio ergo etiam si per consequens & per accidens sequatur reuocatio procuratoris non est attendendum, nam illud principium in argumento adductum debet intelligi de his quæ sequuntur per consequentias non necessarias, at ex renuntiatione à superiore acceptata necessario & de per se sequitur reuocatio ꝓcuratoris imo ipsa renũtiatio videtur facta in fraudem dict. Clemen. vnicæ. argum. text. in. l. sed si maritus. ff. qui & à quibus satisque videtur velle consequens qui vult antecedens ex quo necessario sequitur, nec secundum argumentum quidquam facit, scilicet priuandum beneficio posse illi cedere, ergo à fortiori poterit qui adhuc priuatus non est, in hac enim argumentatione consequentia nõ est bona eo quod illi priuando non sit vetita renuntiatio huic vero, de quo in dict. Clement. vnica. prohibita est, quatenus ex illa sequitur reuocatio procuratoris, non item obstat tertium argumentum, quod quemadmodum morte constituentis procurator reuocari potuit ita & renuntiatione, nam respondemus dictam Clementinam vnicam. solum prohibere quomodo licet reuocare procuratorem, qui vero moritur non reuocat, sed extincta voluntate reuocatur mandatum, vt patet & probatur in. l. centesimis. 46. de verborum. reuocat autem qui renuntiat, & idcirco tam in iudicando quam in consulendo falsa hæc cautela. Felin. repudiari debet.

34 Tertiò ex eisdem principijs infertur, quod etiam si consideremus casum in quo nullum esset peccatum variari, & procuratori constituto illudere, vt puta si ob improbam valetudinem parabant in gratiam alicuius cedere beneficio subitò vero restitutus sum & sententiam mutare placet aut denique si aliquis priuandus intra tres menses, per capitulum commissa. 35. de electione. in. 6. iunctisque in eius proposito tradit Dueñas reg. 153. procuratorẽ ad cedendũ apud summum Pontificem constituit posteaq; factus certior ob difficultates itineris & hostium insidias procuratorem, non posse ante tempus priuationis Romam ire, atque ideo renuntiat corã ordinario, quo casu nulla est illusio aut incõstantia nihilominus dictæ Clementinæ vnicæ. locus est quamuis enim rationes in dict. Clemen. præscriptæ cessent in hoc casu particulari lex non cessat, quia ratione & authoritate constat, obligatque etiam cessante ratione, quousque per superiorem dispensetur, aut exponatur, ex. l. prospexit. ff. qui & à quibus eleganter. Caietan. 2. 2. quæst. 120. art. 1. Couarru. in capit. cum esses. numero. 8. de testamentis. & in regula possessor. 2. parte. §. 6. numer. 2. Soto lib. 1. de iustitia. quæst. 6. artic. 8. Bertrandus consil. 150. colum. penult. 2. parte. & probat Clementina ad nostram. versic. 2. de hæreticis.

35 Quartò ex eadem resolutione infertur intempestiuè huic disputationi admisceri à doctoribus, an collatio facta à vicario constituto ad cõferenda beneficia. & paulopost eo inscio reuocato, an valeat constat enim valere, nõ ob id quod vicario illuderet episcopus, aut quod ratio impulsiua. dict. Clemen. vnicæ. exorbitantis à regulis iuris communis extendi debeat, vt aiunt Doctores, & falso vt dictum est. Sed propter bonam fidem ipsius vicarij qui erat in quasi possessione conferendi. argumento. cap. cum olim. de causa possessionis. & capit. consultationibus. de iure patronatus refert innumeros authores Dueñas regul. 282. in quam rem facit vulgaris tex. in. l. si forte. 17. ff. de officio præsidis, cuius argumento hanc sententiam firmat Boerius decisi. 347. & dicit singul. Roma. singulari. 557. & Rebuff. in praxi. titul. de forma vicariatus. numer. 210. pag. 83. imo multi alij eandem. l. extollunt. quos retulit idem Rebuff. in regul. de publicandis resigna. gloss. 18. numer. 19. modum autem denuntiandi reuocationem. procuratori præter Doctor. in dict. Clement. vnica. tradit Molinæus in regula de publicandis resignat. num. 140. Rebuff. in praxi. titul. de reuocatione procuratoris. ad renuntiandum Felin. in dict. cap. ex parte. num. 7.

36 Quinto infertur decisionem dict. Clement. vnicæ. non posse extendi ad procuratorem constitutum ad petendam licentiam cedendi nam cum fuerit recepta dict. Clemen. contra generalem rationem. l. in consequentiam, id est ad casus

sus alios similes non debet produci, vt probat.l. quod vero. ff. de legibus quamuis contra teneat Cardin. oppositio.2.in dict. Clemen. vnica. post gloss. ibi. verbo cedendum.

37 Vltimo infertur decisionem tex. in dict. Clement. vnica. procedere etiam in procuratore cõstituto ad resignandum ex causa permutationis valet enim renuntiatio & permutatio hoc casu, & si procurator fuerit reuocatus, & ignorãs fuerit reuocationis. tradit Domi. in capit. fin. num. 6. de procurat. in. 6. vbi Perusi. in fine. consentit & Felin. in dict. capit. ex parte Decani numc. 15. ampliatione. 3. & si Rebuffus in concordata. titul. de pacificis possessoribus. numer. 145. neget posse reuocari procuratorẽ, sed decipitur, quia permutatio est vnus ex contractibus nominatum. l. 1. vbi Bartol. ff. de rerum permutatione. in quibus est locus pœnitentiæ. re integra. l. si pecuniam in prin. ff. de conditione causa data, vbi tñ conuentio de permutando esset iuramento firmata non posset reuocari procurator. Rota antiqua. 104. & Probus ad Monachum in dict. cap. fina. numer. 6. facit etiam quia in obligationibus facti iuratis cogitur quis præcise ad factũ in dicta glo. dict. l. si pecuniam. in princip. verbo necesse. quam esse communem testatur Couar. in capit. quamuis pactum. 1. parte. §. 4. numer. 6. & idem in rubrica de testamentis. 2. parte. num. 9. & 10. Anton. Gomez. 2. tomo. capi. 10. nume. 22. vbi tñ iurata non est procuratoris cõstitutio satis est con permutantem tantum intimasse reuocationem, ex Felin. dict. ampliatione. 3 Molinæo in regul. de publi. resignãt. pagin. 292. Selua de beneficio. 3. parte. quæst. 26. num. 2. in fin. & Probus. ad Monachum in rubrica de renuntiatione. libr. 6. numer. 41. & facit quia si procuratori satis est, intimasse eò magis parti compermutanti cuius plus interest.

38 Non obstat quartum, in cuius resolutione variæ fuerant doctorum sentẽtiæ. Innocentius enim in cap. ad aures. de his quę vi. & Hostiensis in summa. titul. de renuntiatione. §. qualiter. & Fortunius Garsia de vltimo fin. illatione. 2. & Nauar. in cap. accepta. opposit. 5. & Alexan. consil. 99. lib. 3. num. 9. & Decius consil. 299. & Barbat. consil. 30. lib. 3. colum. 2. & Rebuff. in praxi. titu. de resignatione metu extorta. num. 1. affirmant renuntiationem beneficij metu facta non valere, quod probant per text. in cap Abbas. de his quæ vi (ibi cum integritate restituas vniuersa) quæ verba sonant nullitatem ipso iure renuntiationis. 2. probatur per text. in dicto capit. ad aures (ibi præficiatur eidem) vbi renuntiatio non impedit prælaturam igitur non vacabat titul. 3. per text. in capitu. ad audientiam. de his quæ vi. (ibi carere debẽt robore infirmitatis) igitur fuit nulla renuntiatio. Quarto facit quia renuntiatio beneficij debet fieri spõte, vt in. c. super hoc de renuntiatione. sed quæ debent fieri sponte annullantur ipso iure propter metum, vt in monachatu & matrimonio secundum Fortun. Garsia supra. 5. per text. in dict. Clemen. vnica. de renuntiatione. vbi quod constitutio procuratoris ad renuntiandum non valet ipso iure, igitur nec renuntiatio facta per metum. vltimo facit Clementina. 2. §. sanè. de pœnis. vbi non valet renũtiatio metu carceris facta, contrariam tamẽ sententiam imo valere renuntiationem beneficij metu factã, affirmat communis post glo. in capi. super hoc. de renuntiatione. quam plures sequũtur quos refert Menesius in. l. interpositas. num. 10. C. de transact. & hęc est verior. nec obstant contraria argumenta, quibus satisfacit Menesius vbi proximè. Nec obstat argumentum, nam licet renuntiatio per metum facta valeat mero iure ante oppositam exceptionem, non inde sequitur fieri posse absque superioris authoritate cum renuntiatio legitimè facta rescindi nõ possit iuxta superius dicta in renũtiatione vero, per dolum facta an valeat necne Felin. in cap. in nostra. de rescrip. post glo. in cap. sugestũ. 7. quæst. 1. resoluit non valere.

39 Non obstat secundum argumentum, nam respondeo quod verbum inconsulto nostri tex. accipitur pro consensu, & ita debet exponi non potest beneficium dimittere prælato incõsulto scilicet & consentiente secundum Anto. & cõmunem hic iste tamen consensus non est necessarius ad renũtiandum iuri competenti ad rem in beneficio secundum Calderi. consil. 4. huius tituli. sicut nec ad renuntiandum beneficio litigioso, & de cuius iure dubitatur secundum glo. in versic. renuntiabit. Abb. & Præpositum ibi in capit. constitutis. de appell. Anto. in capit. quod in dubijs. colum. 2. infra eodem. Non obstat vltimum argumentum fateor enim cõsensum. Prælati non requiri in transeuntibus ad religionem, vt tradit glo. in præsenti secuta ab Imola in dict. capit. licet. de regularibus. Felin. in capitul. tua nos. colum. 2. de iureiurando. idem Felin. in cap. in coniungendis. de officio ordinarij, & ita verbum

bum (in consulto) de quo in nostro text. propriè stat in eo qui vult ad religionem transire quamuis hodie per nouam decisionem. text. in cap. beneficium. de regularibus in. 6. beneficium illius qui religionem ingreditur non est infra annum probationis alicui conferendum, nisi in casibus ibi expressis & explicatis à Dueñas regul. 77. cuius tex. solida ratio est quia beneficium in ea specie nondum vacat quanquam literæ impetratæ super vacaturo beneficio per ingressum religionis valeant, si ingressus præcedit datam literarū, & intelliguntur de vacatione per professionem tex. cum glo. in regula Cancellariæ. 44.

40 Vltimo pro complemento materiæ illud notabis quod renuntians beneficio vsque adeo sibi præiudicat, quod si est minor vigintiquinq; annis, non potest petere restitutionem in integrum aduersus talem renuntiationem. vt tradit gloss. in. l. ait prætor. in princip. ff. de minoribus fundatur per text. in capit. fina. de iudicijs in. 6. vbi quod in spiritualibus minor reputatur maior quo ad hoc. vt in iudicio possit conueniri quod tamen est verum quando illud beneficiū post factam renuntiationem esset alteri collatū, secus vero si nondum esset alteri collatū, sed res esset integra, quia tunc bene poterit minor restitui aduersus talem renuntiationem iuxta gl. in cap. ex parte. de restitutione spoliatorum, quam ibi Abb. sequitur & plures relati à Boerio decisione. 350. pro qua opinione vrget. l. quod si minor. §. Sceuola. ff. de minoribus, vbi quod minor vigintiquinque annis non restituitur aduersus repudiationem hæreditatis quando bona hæreditaria essent ex nouo contractu alteri quæsita, secus si res esset integra cui text. in dict. §. Scæuola. obstat text. difficilis in. l. fin. C. de repudianda hæreditate, circa cuius difficultatis resolutionem videndus est Corneus, & Paulus. in dict. l. fina. & vterq; Decius in. l. bonorum. in princi. C. qui admitti & Hippolytus in tract. de vulgari. particula. 3. nume. 24. Rursus pro eadem opinione illud vrget quod licet verum sit, quod minor possit restitui non tantum aduersus damnū verum etiam aduersus lucrum omissum, vt in. l. ait prætor. §. fina. cum. l. sequenti. & in. l. nō omnia. ff. de minoribus. illud tamen verum est, præterquam si res illa de cuius restitutione agitur est alteri quæsita, tunc minor non poterit restitui aduersus lucrum omissum. ex dicto. §. Scæuola. quem sic explicat Abb. dict. capitu. ex parte. numer. 15. Couar. lib. 1. Variarum. cap. 5. numer. 2. sed in beneficio ecclesiastico adquirendo agitur de lucro captando, & non de damno vitando. capit. dudum. de præb. in. 6. ergo merito qui illi renuntiat, si iam alteri sit collatum restitui non debet verum contrariam opinionem imo quod & si alteri sit collatum minor restitui debeat aduersus suam renūtiationem firmat Ioannes de Imola in dict. capit. ex parte. numer. 3. & numer. 8. & ibidem latè Bellamera, Emanuel Costa. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. 2. parte. num. 63. Couar. supra. pro qua opinione facit regula illa generalis quod minor vigintiquinque annis enormiter læsus in omnibus casibus restituendus est, nisi solummodo in his quæ expressè à iure prohibiti sunt, vt concludit Decius consil. 556. numero. 8. sed in iure non est prohibita minori in integrū restitutio in beneficialibus ergo restitui poterit & ita tenendo non obstabit text. in dict. §. Scæuola. cui nouem intellectus vt non aduersetur. text. in dict. l. fina. referunt gloss. & Docto. supra relati, sed verior est in dict. §. Scæuola. nō solum considerari rem non esse integram sed restitutionem non posse concedi absque magno præiudicio substituti qui proprio labore industria & expēsis negotia gessit lites finiuit & composuit, & inde Scæuola negat restitutionem minori ad partam pecuniam laboribus substituti, quē intellectum me audiente anno 1561. tradidit insignis præceptor meus Emanuel Costa dum interpretaretur titu. ff. de minoribus. non etiam obstat tex. in dict. cap. fin. de iudicijs. in. 6. quia respondeo quod quāuis possit minor stare in iudicio super beneficialibus tanquam si esset maior nō ideo sequitur quod si læsus ibi fuerit nō sit restituēdus iuxta gl. sing. in. l. vnica. C. si de momētanea possessione quæ inquit quod licet minor vigintiquinq; habeat legitimā personam standi in iudicio super iudicio possessorio tanquā si esset maior. vt in. l. 1. C. qui legitimam personā habeant tamē si in eo iudicio lædatur potest in integrum restitui cuius opinionem sequitur Couar. vbi supra. nu. 8. & communis teste Boerio supra. nu. 4. merito ergo idē dicendū erit in specie. text. in. d. c. fin. de iudicijs. in. 6. quibus omnibus addendus est. Christoph. Rofinia. lib. 3. de re pōtificia. c. 17. & quid in renūtiatione à minore dolo facta dicendum sit explicat Molinæus in regula Cancella. de publicandis resignationibus. nu. 185. ex quibus ad laudē Dei optimi maximi, & gloriosissimæ virginis Mariæ, & vtriusq; Ioannis honorem absoluitur huius text. explicatio.

Finis Repetitionis.

YO he visto y leydo esta lectura del Señor Doctor Frechilla en la rubrica y capitulo Admonet. de renuntiatione, y me parece que no solo no tiene cosa que impida imprimirse, mas que tiene mucha doctrina en theorica y practica de mucho prouecho, y por verdad lo firme en Salamanca a diez y seys de Febrero de 1584.

D. Sahagun de
Villasante.

EL Licenciado Diego Muñiz de Godoy Prouisor en la ciudad y Obispado de Salamanca, por el Illustrissimo y Reuerendissimo señor don Geronymo Manrique por la gracia de Dios y de la sancta yglesia de Roma Obispo de Salamanca, y del consejo de su Magestad, &c. Por la presente, visto el parecer del egregio Doctor Sahagun de Villasante Cathedratico de propriedad en esta Vninersidad de Salamanca, damos licencia en quanto podemos como ordinario que somos, para que se pueda imprimir el titulo de renuntiatione, que va escripto en veynte y siete hojas, sacando lo borrado y testado, cõ tanto que no sea contra leyes e pragmaticas destos reynos, fecha en Salamanca a diez y siete de Febrero de 1584.

El Licenciado
Muñiz de Godoy.

Por mandado del Illustre señor Prouisor.
Garcia de Malla Notario.



colorchecker CLASSIC
calibrite
mm